



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Ioannis Azorii Lorcitani, Societatis Iesv Presbyteri Theologi, Institutiones Morales

In Quibus Vnivers[a]e Quaestiones ad Conscientiam recte aut prauè
factorum pertinentes, breuiter tractantur

Azor, Juan

Coloniae Agrippinae, 1602

Cap. Libri septimi sunt, XXX. De praeceptis Ecclesiae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14077

IOANNIS AZO-
RII LORCITANI, E SO-
CIIETATE IESV,

INSTITVTIO
NYM MORALIVM,

LIBER VII

DE QVINQVE ECCL-
Eſiæ Præceptis.

CAPVT PRIMVM.

De Primo Eccleſiæ Præcepto, quo rem di-
uinam in diebus feſtis audire
debemus.



QVONIAM hætenus genera-
tim egi de Legibus, & ſpecia-
tim diuinas leges in-
medium produxi, quibus vetus Hebraeo-
rum Republica tenebatur; &
humanas, quibus aliqui Gentium populi rege-
bantur: præſenti Libro tractabo de quinq; præ-
ceptis Eccleſiæ, quibus nos, qui ſumus ſingulari
Dei beneficio Chriſtiani, obligamur. Eccleſia ſta-
tos ac certos dies feſtos coli & ſeruari decreto
præcepit: ita vt duo ſimil nobis ſint imperata: &
ab operibus ſeruilibus abſtinere, & Miſſæ ſacri-
ficio intereſſe, ſive rem diuinam audire: non de
illo primo, ſed de ſecundo in præſenti loco tra-
ctamus.

Primum ergo queritur, An vllum extet Eccl-
eſiæ præceptum rem diuinam in die feſti audien-
di? Dubitari non poteſt, quin tale præceptum no-
bis ſit datum; cum id aperte doceat cõmunis Ec-
cleſiæ traditio, & conſtans Chriſtianorum con-
ſenſus: Sed queritur, an in iure Canonico præ-
ceptum ſcriptum continetur. Aium quidam, il-
lud contineri in cap. Omnes fideles, de Conſecrat. diſtin. 1.
vbi Canon Apoſtolorum habet: Omnes fideles qui
conueniunt in ſolemnitatibus ſacris ad Eccleſiam, & ſcrip-
tas Apoſtolorum, & Euangeliiſtarum audiunt. Qui autem
non perſeuerant in Oratione, & ſiſque dum Miſſa peragatur, nec
ſanciam Communionem percipiunt, ve in inquietudines Ec-
cleſiæ commouent: conuenit Communionem priuari. Sed re-
ſpondent alij expreſſim eo loco non præcipi, vt
omnes fideles conueniant Miſſæ ſacrum audire.
Alij verò præceptum hoc colligunt ex cap. Sa-
cerdote, de Conſecrat. diſtin. 1. vbi ex Concilio Car-
thaginenſi dicitur. Sacerdote, verbum in Eccleſia faci-
ente, qui egreſſus de auditorio fuerit, excommunicetur. Ce-
terum, aium quidam, nec ex hoc loco clare id Ec-
cleſiæ præceptum conſtare: non enim imperatur,
vt Sacer. tote verbum in Eccleſia faciente, omnes
Chriſtiani eo ſe conferant: ſed vt excommunica-
tione aſſiciantur qui fuerint egreſſi, eo quòd, cõ-
tempo Dei verbo, & Sacer. dote rem diuinam fa-
ciente, exire videantur. Quare alij præceptum
exiſtunt contineri in cap. Miſſas de Conſec. diſtin. 1.

vbi ſunt hæc verba: Miſſas die Dominico ſecularibus to-
tas audire, ſpeciali ordine præcipimus; ita vt ante benedi-
ctionem Sacerdotis egreſſi Populus non præſumat; quòd ſi ſe-
cerit, ab Epifcopo publice confundatur. Hæc ubi.

Tria verò hic obijci poſſent. Primum, non ef-
ſe id Generalis Concilij decretum; ſed Prouin-
cialis, nimirum Agathenſis in Gallia. Deinde, ſo-
lum dici, vt in die Dominico ſacrum Miſſæ, ſi-
ue res diuina audiatur; non autem generatim in
quolibet die feſto. Poſtremo, ſolum præcipitur
ſecularibus, vt hoc præceptum ſeruent, non au-
tem Clericis & religioſis hominibus. Sed hæc
nihil obſtant. Nam eſt huiusmodi Decretum,
eſt Concilij Prouincialis, tota tamen Eccleſia
communi illud conſenſu poſtea præcepit. Item,
quamuis ſolius diei Dominici in eo decreto fa-
cta ſit mentio; Eccleſia tamen ibi, appellatione
diei Dominici, vniuerſe dies omnes feſtos intel-
ligit. Pari quoque ratione, tametiſi Concilium
Decreti verba ad ſeculares tantummodo diri-
gat, generalis tamen Eccleſiæ ſenſus ad omnes
eadem verba extendit, etiam ad ſeculares & re-
ligioſos viros. Dices; Cùm præceptum ſit à Con-
cilio Agathenſi editum, ſequitur vt ante illius
Concilij tempus, nullum fuerit Eccleſiæ præce-
ptum rem diuinam in die feſto audiendi. Sunt
qui id ingenuè confeſſeantur; & propterea dicant;
olim, cum Monachorum inſtituta in Aegypto,
& Syria florebant, multos eorum in deſertis &
ſolitudinibus vitam egiffe, vbi diebus feſtis at-
que Dominicis ſacrum Miſſæ verbum minimè
audiebant. Ceterum parum certè aut nihil re-
fert huiusmodi præceptum Eccleſiæ fuerit nec
ne, ante Concilium agathenſe. Mihi quidem ve-
roſimilius apparet, à primis naſcentis Eccleſiæ,
& Apoſtolorum temporibus more fuiſſe intro-
ductum, vt omnes Chriſtiani diebus Dominicis
ac feſtis, quos tunc Eccleſia colebat, in eadem ſa-
cræ conuenerent, ad concionem & rem diui-
nam audiendam: & præceptum eſſe, vt in hiſce
diebus res diuina audiatur à Chriſtiano populo,
ſcriptores ſemper docuerunt ex illo quòd habe-
tur in ca. Omnes, de Conſec. diſtin. 1. Veteres autem
illi Monachi, cùm Diuini obſequij cauſa in ſoli-
tudinem ſe ſe conferrent, purabant ſe huiusmodi
more & conſuetudine minimè teneri, cùm pro-
cul ab hominum frequentia remoti à ſacris ad-
ibus abeſſent.

Secundo queritur, An qui in die feſto ſine iu-
ſta & debita cauſa rem diuinam non audit, lethale
peccatum admittat? Angelus in verbo, Ferie, nu-
mer. 42. Rolella in verbo Miſſæ num. 18. Allenſis lib. 4.
tit. 16. cap. 1. queſt. 1. Iacobi Richardus in quodlib. 1.
queſt. 19. ſentent. ita hæc lege Chriſtianos teneri,
vt ſi quis in illo vel tacito contemptu ſacrum
Miſſæ obſequium prætermittat, lethalem culpam
contrahat; at verò ſi citra vllum contemptum,
veniale tantummodo, tametiſi abique iuſta &
legitima cauſa omittat; nullam verò, ſi iuſta ex
cauſa omittit. Contemptum autem, Auctores
illi, tacitum vocant, cum quis ſacrum præter-
mittere contueat abique iuſta & debita cauſa:
vnde aium, veniale tantum delictum admittere
cum, qui ſine cauſa legitima, ex aliqua animi in-
firmitate, videlicet perturbatione, libidine, pi-
gritate ſacrum omittat; eundem modo non contue-

nerit id facere. Idem videtur innuere Turrecremata in cap. Missas de Consecrat. distinct. 1. immò Glof. sa in cap. Omnes de Consecrat. in eadem distinctioe, ait: qui ex contemptu recusauerit, excommunicabitur. Et postea in verbo: (Non perseverant) ex consuetudine, inquit, vel superstitiosè. Communi tamen omnium consensu receptum est, vt qui tale præceptum absque iusta causa prætermiserit, etiamsi contemptus non subit, in lethale peccatum incurrat. Paludanus in 4. distinct. 15. quæst. 5. artic. 1. conclusio. 2. B. Antoninus secund. parti. titul. 2. capit. 10. §. 1. Syluester in verb. Missa 2. quæstione 1. Caietanus in Summa, verb. (Festorum violatio) Sotus in 4. distinctioe 13. quæstione secunda, articulo primo. Nauarrus in Manuali capit. 21. numero primo, & hæc sententia est vera.

Tertio quæritur, Cuius virtutis & officium sit in diebus festis rem diuinam audire? Respondeo, Religionis; in ea enim virtute ponitur hic actus, siue ex præcepto Ecclesiæ, siue sponte nostra rem diuinam audiamus.

Caput II.

Quinam præcepto teneantur rem diuinam audiendi.

PRIMO quæritur, Quoto ætatis anno Christianorum quisque incipiat hoc præcepto teneri? Inter omnes conuenit, cum primum quis factus est rationis compos, eum Missæ sacrificio interesse debere: Et quia pueri cum septennium attigerint, vel saltem excesserint, incipiunt vti ratione, idcirco eo ætatis anno incipiunt hoc præcepto ligari. Antonin. Syluest. Nauarr. locis supradictis. Qui totius familiæ curam habet, curare debet, vt filij, serui, & famuli rem diuinam audiant.

Secundo quæritur, An qui sunt excommunicationis vinculo obstricti, eo ipso ab huius præcepti vinculo eximantur? Id quidam negant, præsertim si absolutionem ab excommunicationis vinculo, & sententia neglexerint: Nec obstat, inquit, si excommunicatione alligati, à sacris ac Diuinis officijs arceantur: nam sponte sua lethalem culpam contraxerunt, ob quam pariter sponte & culpa sua sunt in excommunicationem prolapsi, nec ea soluti. Alij autem concedunt, eos quidem culpa sua in excommunicationem incidisse, quamdiu tamen ab ea absoluti non sunt, à sacris abstinere debere. Nā qui, V. G. sponte sua morbum contraxit, quamuis peccauerit, eum causam morbi dedit; dum tamen morbo tenetur, à sacri audiendi præcepto liber est. Ergo qui excommunicati sunt, denuo culpam non contrahunt, si se à sacris contineant. Tota igitur culpa in eo est, quod quis se excommunicationis vinculo soluendum non curet, cum commodè absolui potest. Deinde verò denuo peccato non se obstringit, quod excommunicatione nondum solutus, rem diuinam non audiat. Sic Nauarr. in Manuali capit. 21. numero tertio, quæ sententia mihi placet.

Tertio quæritur, An qui priuilegium Pontificium obtinet, vt possit tempore interdicti Diuinis officijs interesse, debeat in die festo rem diuinam audire, tamen si locus sit interdictus? Quo-

rūdam opinio est, eum minimè adstringi ad Missæ sacrum audiendum, quoniam priuilegium ei potius obstat, quàm prodesse, & potius effecto neri, quàm honori. Sotus verò in 4. distinct. 13. quæst. 2. artic. 1. ad finem, putat, oportere eum sacrum Missæ verbum audire: quia præceptum Ecclesiæ tenet eos omnes, qui possunt in die festo rem diuinam audire: sed is, cui tale priuilegium est datum, potest audire, ergo debet quem admodum is qui beneficio Principis, ad dies festos è carcere, & vinculis solueretur, sacrum audire hisce diebus deberet: ita qui Pontificis priuilegio tempore interdicti potest Diuinis officijs interesse, eo ipso debet rem diuinam audire. Nec propterea sequitur, vt ei priuilegium noccat, vel sit oneri: non enim ratione priuilegij obligatur, sed vi legis, quæ eos omnes tenet, quotquot in die festo rem diuinam audire queunt. Idem quoque docet Nauarrus in Man. c. 21. nu. 3.

Quarto quæritur, An quando Vrbes vel oppida interdicto Ecclesiastico subiecta sunt, & in eis aliquod est templum, in quo Pontificis priuilegio Diuina officia celebrari queunt, debeant incolæ eò conuenire, vt in die festo intersint Missæ sacrificio? Respondeo, eo se conferre, vt rem diuinam audiant, debere, si commodè queant: secus verò minimè: vt puta si huiusmodi templum procul absit ab Vrbe vel oppido: aut si paruum sit sacellum, quod plures simul capere non possit & iam ante alij occuparunt & repleuerunt. Hoc videtur colligi ex prædicta sententia Soti & Nauarri.

Quinto quæritur, An quando quis Pontificio gaudet priuilegio, vt tempore interdicti audire possit rem diuinam, & ducere secum familiares siue amicos, duos aut tres, quos ipse delegerit, debeat is qui ipse est familiaritate & consuetudine coniunctus, ei se adiungere, vt vnā cum eo in die festo rem diuinam audiat, & is quoque qui ad id fuerit ab ipso delectus, debeat eum comitari, vt intersit Missæ sacrificio; nam cum interesse possint, eo ipso debent? Respondeo, eos non debere hanc diligentiam adhibere, vt sese ei adiungant: Si tamen ab eo vocentur, deducantur uè, & commodè rem diuinam audire queant forte debent audire: secus verò minimè. Auctorem non habeo, sed hoc mihi probabile videtur.

Sexto quæritur, An qui audit rem diuinam casu, aut nesciens esse diem festum, Ecclesiæ legi suo muneri & officio satisfaciatur? Respondeo eum satisfacere. Nam dummodo quis sciens ac volens sacrum Missæ verbum audiat, præceptum implet ac seruat, tamen casu audierit, & putauerit diem esse profectum. Solum enim præcipitur nobis, vt spontè & voluntariè audiamus. Quo fit, vt is præcepto non satisfaciatur, qui per vim rem diuinam audire cogitur, quoniam non sua voluntate, & sponte eam audit: nec is item, qui nescit omnino quod facit, aut quod exequitur, & præstat officium, siquidem ignorantia etiam voluntarium tollit: alioqui enim infantes, amentes, & dormientes Legi Ecclesiasticæ de audienda re diuina satisfacerent. Si quæras, an qui audit Missam animo, & voluntate a-Tiam iterum audiendi, causa præcepti obueni,

& im-

& implendi, præceptum impleſſe videatur, ſi nullam deinde aliam audiverit? Reſpondeo, inferiorum quorundam eſſe ſententiã, præceptum implere, ſi mutata voluntate, poſtea ratum habeat quod fecit. Immo generatim docent, nos legi aut præcepto Superioris ſatisfacere, ſi opus externum, quod eſt imperatum, faciamus, etiam ſi in animo habeamus per illud opus externum, quod facimus, præceptum non implere. Crederem ſane, ſi id probarent: ac adduci non poſſum, ut credam te præceptum implere, aut legi ſatisfacere, cum rem imperatam præſtas, & nihilominus vis, per illud opus externum, quod facis, præceptum vel legem non implere. Et huius ſententiæ Auctores habeo Nauarrum de Oratione capit. 16. numer. 74. cap. 20. numer. 30. Medinam Tractat. de Oratione queſtion. 16. verſicul. De tertio, ſcilicet. Ledefinam in 4. Par. 2. queſtion. 16. dub. 3. ad ſuprem. Non enim impleris præcepta ſolo facto & opere, animo tamen & voluntate contraria: item non eſt opus & officium virtutis ſolum factum exterius, quando eſt contraria voluntas; nimirum, cum leges & iura imperant, ut aliquid faciamus, volunt, ut velimus facere: nam alioqui, cum quis obedit inuitus, obedire crederetur. **QVAERES**, an qui rem diuinam audit nolens per huiusmodi opus externum legi & præcepto ſatisfacere, vi præcepti cogatur iterum audire, ſi poſſit? Puto eum debere iterum audire, ſi nondum tempus effluxerit, in quo ſacro intereſſe poteſt & debet, quia præceptum non impleuit, cum audivit: ergo ſi poteſt, debet implere. **Obijcies**, ſatis eſt, ſi poſtea ratum habeat, quod fecit, nimirum ſi ratum habeat opus illud externum, quo rem diuinam audivit: quemadmodum ſi Titius debeat centum nummos aureos, aut equum, vel librum Caio, nihil reſtituere vi præcepti cogitur, ſi Caius ſuos nummos, aut ſuum equum vel librum recuperavit. **Profecto** non eſt idem iuris de utroque, quia Titius debet reſtituere Caio rem eius; quod ſi Caius ſuam rem recuperavit, nihil amplius ei Titius debet: ac ſi qui ſacrum quidem audivit, ſed præceptum non impleuit, debet legi & præcepto ſatisfacere: nam ſi ſacrum audires penitus inuitus, audires quidem, ſed adhuc præceptum, ſi commode poſſes, deberes implere, non ergo ſufficit ſi audiviſti rem diuinam, ſed opus eſt præceptum implere, quod implere noluiſti, cum ſacrum audiviſti. **At** iuſtas; ſacrum audivi non inuitus, ſed ſponte mea, quanquam nolui tunc implere præceptum: ergo ſatis eſt ſi poſtea voluntate mutata ratum habeam quod feci. **Contra eſt**, quia non debes iterum audire, quaſi non audieris, ſed quia cum audiviſti, præceptum non impleviſti, quia tu ipſe noluiſti tunc temporis implere: ergo implendum eſt præceptum, cum nondum ſit impletum, & impleri adhuc poſſit. **Urgebis**: ergo ſi Titius rem diuinam audivit voluntate præceptum implendi, & poſtea mutavit voluntatem, ita ut noluerit ratum habere quod fecit, debet iterum audire, vi præcepto & legi ſatisfaciat. **Id nego**: quia Titius, cum ſacrum audivit, id fecit ſponte ſua, & voluit tunc præceptum implere: ac ideo nihil obest, ſi mutet poſtea voluntatem, & velit iterum audire, vi præcepto ſatisfaciat; nam poteſt etiam

hanc ſecundam voluntatem mutare, & primam ratam habere. **Secus** verò eſt in Caio, qui cum ſacrum audivit, noluit tunc præceptum implere; & proinde adhuc debet legi ſatisfacere, ſiquidem nondum ſatisfecit. Quia etiam ſi non debeamus eo animi propoſito audire, ut præceptum ſeruemus: requiritur tamen ne contrariam voluntatem in audiendo habeamus. Et idem mihi videtur in ſimilibus. Ut ſi Titius vouerit vel iuraverit quotidie ſe precationem Dominicam recitaturum, minimè votum perſolvit, aut iurandum ſeruat, ſi recitat habens in animo iterum recitare, ut ſuo voto ſatisfaciat, nolens tunc cum recitat, votum, vel quod iuravit, exolvere. Idem iuris eſt, ſi tuſus ſis preces fundere, & preceris, in animo habens iterum precari, ut iuſta facias. **Septimò** queritur, An qui Miſſæ ſacrificio non intereſt in die Dominico, in quem incidit ſimul dies feſtus & ſacer alicuius Apoſtoli, duo peccata committat, ſive vnum peccatum duas turpitudines habens, ita ut vtramque exprimere debeat in ſacra ſuorum peccatorum confeſſione. **Nauarr. in Manual. cap. 11. numer. 4. verſic. ex quo colligitur**, affirmat, ſed meo iudicio, ut alijs in locis oſtendi, oppoſitum eſt verius, quia peccata non multiplicantur ſola præceptorum varietate, niſi illa madata ad diſtinctas virtutes pertineant: nam ſimplex furtum, & ſimplicem fornicationem prohibet lex naturalis, Diuina, & Canonica, & tamen furtum eſt vnum peccatum, ſimiliter & fornicatio, quia vna & eadem ratione, quamvis diſtinctis legibus prohibetur furtum, & prohibetur fornicatio. **Octavo** queritur, Vnde incipiat dies feſtus, quod attinet ad hoc præceptum implendum? **Reſpondeo**, incipere à media nocte: vnde ſatisfacit præcepto, qui rem diuinam audit in nocte, quando ſic licite in nocte, ut in nocte Natalis Domini ci. Sylva. Miſſa. 2. non. 1.

Caput III.

Quid in Præcepto audiendi rem diuinam præſcribatur.

PRIMO queritur, Quidnam ſignificetur nomine (totas) cum Ius dicit: Præcipimus ut totas Miſſas audiant? **Reſpondeo**, fuiſſe quosdam qui docuerint, omnia Miſſarum ſacra quæ in die feſto in aliqua Parochia ſunt, debere ſingulos Parochianos audire, vbi commode poſſunt. **Horum** autem opinio merito ab omnibus confutatur. **Alij dixerunt**, omnia ſacra quæ in templo ſunt, debere audiri ab his qui ſunt in illud ingreſſi, ſi id fieri commode queat: quod ipſum etiam omnium conſenſu reſellitur. **Quare** alij vocabulum (totas) interpretatur, dicentes nihil aliud ſignificare, niſi audiendum eſſe ſacrum Miſſæ verbum, in quo duæ Miſſæ continentur, nimirum Miſſa Catechumenorum, quæ à principio uſque ad Euangelij finem protenditur; tunc enim voce Diaconi omnes Catechumeni foras excluduntur, & Miſſa fidelium inchoatur, in qua Chriſti corpus conficitur, offertur, & ſumitur, quæque ab Euangelij fine uſque ad exitum Miſſæ producitur. **Mihi** verò probabilius videtur quod tradi



dit Gloſſa in cap. Miſſa, de Conſecrat. diſtinct. 1. & com-
muni ſenſu approbatur; Audiri oportere Miſſas
totas, id eſt, integras: ita vt ſinguli ſingula Miſſa
ſacra in totum, huc in integrum audire debeant.
Iſ vero id præſtat qui partem Miſſæ notabilem
non omittit: contra vero qui omittit, minimè
creditur Miſſæ ſacrum audire, Sylu. Miſſa 2. quæſt. 1.
Sotus 4. diſt. 13. quæſt. 2. ar. 1. prope finem. Nauar. in Man.
cap. 21. nu. 2.

Secundò quæritur, Quæ nam pars Miſſæ nota-
bilis habeatur? Inter omnes conuenit, dimidiam,
aut tertiam partem eſſe notabilem: quare colli-
gunt, eum qui totum Miſſæ principium vnà cum
Epiſtola & Euangelio prætermiſerit, partem no-
tabilem omiſiſſes non autem ſi ab initio Euange-
lij uſq; ad Miſſæ finem audierit, etiam ſi reliquum
omiſerit, hoc eſt, principium Miſſæ & Epiſtolam.
Conſtat etiam, partem notabilem omittere eum,
qui principium Miſſæ & Epiſtolam, vnà cum his
quæ in fine Miſſæ dicuntur, relinquit: vt ſi omit-
tat etiam ea quæ Sacerdos dicit poſt ſumprum
Chriſti corpus. **QVÆRE** S, an qui Euange-
lij, & totum Miſſæ principium & Epiſtolam,
non audierit, cum tamen totum Miſſæ reliquum
audierit, præceptum implere uideatur, ſi priu-
atim poſtea per ſe, vel per alium Euangelium legat
aut recitet. Putant nonnulli, eum hac ratione
præceptum ſeruare, ſic Margarita Confeſſorum,
quam ſequi uidetur Nauar. in Manual. cap. 21. nu-
mero ſecundo. Verùm alij probabiliùs ac uerius
ſentiant, minimè ſatisfacere Eccleſiæ: non enim
priuata illa omiſſi Euangelij lectio, aut recita-
tio ſupplet, quod eſt prætermiſſum. Hæc omnia
colliguntur ex Antonino ſecunda parti. titu. 9. cap. 10.
ſ. 2. Sylueſt. Miſſa 2. quæſtione prim. Soto in 4. diſtinct.
13. quæſtione 2. articulo 1. Nauar. ex parte, non in totum
in Man. cap. 21. num. 2. Deinde, ſi roges, an ſaltem in
Natali Domini, quo die ſinguli Presbyteri ter ſa-
cris operantur, debeat quiſque tribus Miſſarum
ſacrificijs intereſſe? Reſpondeo, eo etiam die quæ-
que Eccleſiæ præceptum implere, ſi vnum dun-
taxat Miſſæ ſacrum audierit: nec enim Presby-
teri debent neceſſitate legis ter rem ſacere diui-
nam: nec Laici tria Miſſarum ſacra audire, ſed
liberum eſt illis vnum tantum ſacrum eo die fa-
cere & audire: Antonin. Sylueſt. Nauar. locis
citatis.

Tertiò quæritur, An præceptum & legem ſer-
uet, qui dimidiam partem vnius Miſſæ audierit,
& reliquam dimidiam alterius? Quidam exiſti-
mant, hoc modo præceptum minimè ſeruari, eo
quod ſunt partes diuerſarum Miſſarum, quæ in v-
nam totam conuenire nequeunt. Deinde, quia a-
lii qui ſi, qui in ædem ſacram ingreſſus duos Sa-
cerdotes audierit, ſacris operantes, vnum rem di-
uinam incipientem, alterum à dimidia eius par-
te continuantem uſque ad finem, Eccleſiæ ſatis-
facere crederetur, ſi priorem audierit uſque ad
eam partem peruenientem, à qua parte alterum
audit Sacerdotem ſacris operantem. Sed alij cen-
ſent uerius eſſe quod Maior in 4. diſtinctio. 45. quæ-
ſtione ſecunda. Sotus 4. diſtinctio. 13. quæſtione 2. articulo 1.
Nauar. in Manual. cap. 21. numer. 2. Medina in ſua In-
ſtruction. Confeſſo. cap. 14. ſ. 9. tradiderunt, eum Ec-
cleſiæ præceptum implere, præſtat enim quic-
quid in præcepto continetur: nec enim præcipit

Eccleſia, vt ab eodem Sacerdote totum & in-
tegrum Miſſæ ſacrum; ſed ſimpliciter vt Miſſam
totam audiamus. Quare non eſt neceſſe, vt duæ
partes vnum Miſſæ ſacrum eiſdem Sacerdotis
efficiant, ſatis eſt ſi in vnum totum coire queant;
alioqui enim ſi Sacerdos dimidia parte ſacrifi-
cij facta moretur, alius Sacerdos inchoatum
perficeret Miſſæ ſacrificium, minimè iudicaretur
aſtantes integrum ſacrum audire. Necca-
men inde conſequitur, vt quis Eccleſiæ ſatisfaci-
at, ſi duas partes Miſſæ diuerſas ſimul audiat: eo
quod non poteſt commodè eis ſimul ardentia an-
res præbere. Mihi ſanè hæc ſecunda ſententia
magis placeret, ſi in aliqua firma ratione & ar-
gumento niteretur. Neque enim uideo, quo pa-
cto rem diuinam totam & integram audiat, qui
eam per fragmenta & partes audit: qui interrumpit
ac diuidit: qui ab vno ſacro incepto re-
cedit, & poſtea ad illud accedit ex parte. Deinde,
ſi vera eſt ſecunda ſententia, liceret cuique ſine
iuſta & debita cauſa rem diuinam per partes
audire. Non enim quaſtio eſt, an præcepto ſatis-
faciat qui totum Miſſæ uerbum iuſta & legitima
cauſa per partes audit: ſed an præceptum imple-
at, qui ſuo arbitratu rem diuinam interruptam
audit. Item, non uideo, ſi uerum eſt, quod ſecun-
da opinio docet, quoniam ſatisfaciat præcepto, qui in
ædem ſacram ingreſſus, duos Sacerdotes rem di-
uinam facientes audit ſimul per partes: Nam
quod pertinet ad attentionem, poteſt ad utrum-
que animum intendere. Quare ſecunda ſen-
tentia ſolum mihi probatur, quia tantorum uir-
orum eſt auctoritate, non efficaci ratione ſuf-
fula.

Quartò quæritur, Quid nam illo uerbo audi-
re, intelligatur: Præcipimus audire totas Miſſas.
An qui è loquendo Miſſæ ſacrificio præſentes ad-
ſunt, præceptum implent? & rurſus, An ſiſti
qui nihil audiunt, Miſſæ tamen ſacrificio inter-
ſunt, præceptum ſeruare credantur? Reſpondeo,
audiendi uerbum non ſum præſe & ſtrictè: au-
dire enim hoc loco uoluntariam alicuius in loco
præſentiam ſignificat: ita ut ſi rem diuinam au-
dit iudicetur, qui ſponte Miſſæ ſacrificio inter-
eſt: nam ſæpè contingit, vt Miſſa priuata ita te-
nuis & exili uoce à Sacerdote dicatur, ut nihil ab
aſtantibus audiantur: & tamen Eccleſiæ & legi ſatis-
faciant aſtantes: Aliquando item adeo ma-
gna eſt populi frequentia, ut res diuina non ab o-
mnibus audiatur, & tamen qui præſentes adſunt,
præceptum Eccleſiæ ſeruant. Hæc omnia Anto-
nin. ſecunda parti. titu. nono. cap. de iure, ſ. primo.
Sylueſt. Miſſa 2. quæſtione prima, Sotus 4. diſtinctio. 13.
quæſtione ſecunda, articulo primo. Nauar. in Manu. cap. 21.
numer. 8.

Quintò quæritur, An qui ſacrum Miſſæ uer-
bum ritu Græcoſum, Syrorum uè more ſacrum
audiunt, Eccleſiæ legi & præcepto ſatisfaciant?
Reſpondeo, ſatisfacere. Sotus 4. diſtinctio. 13. quæ-
ſtione ſecunda, articulo primo, neque enim præceptum
eſt datum, vt rem diuinam audiamus Romano,
& non alio ritu & more factam. Nam ſi quis ri-
tu Ambroſiano in Mediolanenſi diceceſi, & ritu
Iſidoriano in ijs Eccleſijs, in quibus Miſſæ ſacri-
ficio fieri iure ſolet, rem diuinam audierit,
præceptum implet ac ſeruat. Quare quamuis ſa-

crificium Græcè, vel Syriacè fiat, est tamen verum Missæ sacrificium, cuius ritus sunt à Sanctis Patribus Basilio, Chrysofomo, & alijs instituti, & Græcorum vel Syrorum Presbyteros, quamuis non ritus, vel more Latinorum sacris initiatis, tanquam veros tamen & legitimos Sacerdotes agnoscat & habet Ecclesia Latina. Secus verò est de eo, qui Dominicæ cœnæ, quam nostri temporis Hæretici faciunt, interest, in qua nec verum Christi corpus conficitur, nec veri & legitimi Sacerdotes sunt.

Sexto queritur, An diebus festis alias quoque sacras, & diuinas preces Ecclesiastici officij audire debeamus? Respondeo, nullam extare Ecclesiæ legem de alijs Diuini officij precibus audiendis: quamquam Nauarrus in *Manual. capit. 21. mem. 1.* asserat, alicubi consuetudine esse introductum, vt vespertinis precibus debeat quisque interesse, vt in Gallia, inquit, & Nauarra, vbi Parochia in suis Parochijs, diebus Dominicis & festis frequenter preces vespertinas audiunt. Palu. quoque 4. *distinction. 15. questione quinta, articulo primo, conclusionem secunda*, ait, idem videtur de vespertinis & completorio dicendum propter consuetudinem. Nihilominus tamen, vt ipse Nauarrus subiungit, Nilquam puro consuetudinem esse, vt quis alijs Diuini officijs, præterquam Missæ sacrificio debeat interesse; ita vt sit lethalis peccata reus, si id non faciat: hoc enim peccati genus confiteri non solent, qui suorum peccatorum confessiones faciunt.

Septimo queritur, An saltem diuinam concionem, quæ ad Populum diebus Dominicis & festis habetur, audire præcepto cogamur? Unde hæc quæstio mouetur, quod Tridentina Synodus *sess. 2. 4. ca. 4. de Reformatione*, ait: *Moneat Episcopus populum diligenter, teneri vnumquemque Parochia sue interesse, vbi commodè id fieri potest, ad audiendum verbum Dei.* Et Palu. 4. *distinction. 15. quest. 5. articulo 2. conclusionem 2.* dicit. *Est autem Ecclesiæ Conuentus ad Missam, & ad vespertas, & ad sermonem quando fit in diebus festis: vnde ad illum etiam tenentur. Communis est sententia: Tali præcepto credentes non cogi.* Vnde dicendum est, Concilium cum ait, (ad audiendum verbum Dei) posse intelligi de sacris concionibus, vel de Euangelio, quod in Diuino Missæ officio recitatur vel cantatur. Rursum docet Concilium, Parochianos, si ad verbum Dei audiendum, aliquò se recipiant, oportere eos se ad suas Parochias conferre, vbi id commodè fieri potest; non tamen simpliciter & absolute debere sacris concionibus interesse, sed in suis Parochijs, vbi possunt id commodè facere. Item, *sess. 22. in decreto de obseruandis, & enitatis, in celebrat. Missæ, ait. Moneam Episcopi eundem populum, vt frequenter ad suas Parochias, saltem diebus Dominicis, & maioribus festis accedant. Vbi non dixit, cogant, iubeant; sed moneant.*

Caput III.

Quibus diebus vi præcepti rem diuinam audire debeamus.

PRIMO queritur, Quibus diebus vi præcepti Missæ sacrum audire debeamus? Compertum omnibus est, nos audire illud oportere diebus Do-

minicis ac festis. Sed dubia quæstionis est, an audire oporteat his diebus festis, quos sola consuetudine, & more Populus colit. Respondeo in hunc modum: Aut ea consuetudo est Episcopi auctoritate inducta, approbata, confirmata, aut secus. Si primum, Missæ sacrificio interesse debemus, quoniam sunt dies festi Episcopi auctoritate constituti: Si secundum, sacrum audire non cogimur, cum Populus auctoritatem non habeat dies festos instituendi: quamuis imperare queat per suos Magistratus & Rectores, vt à publicis operibus abstineamus. Idem prorsus dicendum est de ijs diebus festis, qui gratia Principum sunt instituti. In ijs igitur tantummodo diebus festis, qui causa Dei, & Sanctorum cæli ciuium agi & coli solent, debemus Missæ sacrificio interesse.

Secundo queritur, An sint aliqui profesti dies, in quibus Missæ sacrum audire præcepto cogamur? Sunt qui putent esse præceptum audiendi tempore Quadragenarij ieiunij, quod proximè ante Pascha suscipitur: eo quod in *cap. solem. de Consec. dist. 1. ex Concilio Cabillonensi dicitur: Solem plures, qui se ieiunare putant in Quadragesima, mox vt signum audierint, ad horam nonam comedere: qui nullatenus ieiunare credèdi sunt, si ante manducauerint, quam vespertinam officium celebretur. Concurrendum est enim ad Missas: & auditis Missarum solemnij, & vespertinis officijs, ad cibum capiendum accedendum est.* Sed melius Syluester verbo *Missæ 2. q. 1. & glossa & alij in eo capite solent. citato, tradiderunt, id quod in eo capite dicitur, esse vsu & consuetudine abrogatum: præsertim cum mens Concilij tantum fuerit eorum mores improbare, qui Quadragenarij ieiunij tempore ante horam debitam cœnantes ieiunium soluebant. Et ideo, inquit, nullatenus ieiunare credendi sunt, si ante manducauerint, quam vespertinum celebretur officium; quod olim hora nona fiebat, id est, tertia post meridiem: hodie verò hora sexta, id est, paulò ante meridiem. Deinde verò Synodus consilium præbet ijs, qui ad horam præscriptam ieiunia seruare non poterant: Concurrendum est, inquit, ad Missas; & auditis Missarum solemnij, & vespertinis officijs, & elargitis elemosynis ad cibum capiendum accedendum est. QVAERES, an tribus Rogationum diebus, qui proximè diem Ascensionis Dominicæ præcedunt, Missæ sacrum audiri debeat? Respondeo hoc modo: Olim, vt constat ex *cap. Pronuntiandum est, & c. Rogationes, de Consec. dist. 3.* dies festi habebantur, & proinde serui & ancillæ cogebantur ab operibus & omni labore cessare. Sed postea ij dies consuetudine festi esse desierunt; quare nemo amplius his diebus rem diuinam audiendi, tali lege tenetur. QVAERES postremò, an triduo maximæ hebdomadæ, cui proximè Pascha succedit, Diuini officijs interesse debeamus? Respondeo, olim quoque tres illos dies veluti festos & sacros agi & coli solitos: quare & Diuinam rem audire ex officio quemque oportebat, nunc verò mos & consuetudo obtinuit, vt pro diebus tantum profestis habeantur; ac ideo Missarum huiusmodi sacra audiendi desijt præceptum; quamquam aliqui dicunt, esse audienda saltem fer. 5. & fer. 6. sic Anton. apud Syluestrū, verb. *Dominica, questione prima, dist. 7.* Sed non condemnarem eos qui non audiunt.*

Tertio queritur, An saltem Episcopi diebus profectis sacrum Missæ verbum audire debeant? Causam dubitandi præbet id quod habetur in cap. quoniam de Privil. in sexto, ubi sic ait Pontifex: Episcopi, eorumque superiores diuersis ex causis à suis Ecclesijs & diocesisbus frequenter absunt; nec semper possunt ad Ecclesias accedere pro Missa celebranda, vel audienda in ipsis, sine qua eos transire non decet absque causa rationabili vllam diem. Respondet, in eo cap. nullum esse verbum quo præceptum significetur. Non enim dicitur debere Episcopos audire; sed, eos non decere Missæ sacrum vllò die prætermittere.

Caput V.

De Attentione qua in re diuina audienda requiritur.

Primo queritur, An qui audit rem diuinam, alias res agens, Ecclesiæ legi satisfaciatur? Respondent quidam, eum satisfacere, quamuis peccet aliud agendo, vt si cum alijs confabuletur, nugetur, rideat, vel ludat: peccatum est, inquiunt, in confabulando, ridendoue, quoniam res diuina non decenter, pie & religiose, & vt æquum est, auditur, sed Ecclesiæ præceptum de audienda re diuina seruatur, cum id solum necessarium sit, vt quis sponte sua in Missæ sacrificio præsens adsit. Sic Medina in *Tract. de Confessione, in questione, de Pœnit. tempore Missæ impleta*, Cuius sententiam quidam feuerius & durius, quam par est, condemnant: nõ enim Medina cæset, eum præceptum seruare, qui ita alias res facit, vt nequeat commodè animum præstare rei diuinæ intentum: Sed eum qui quamuis confabuletur, animo tamè attento rem diuinam audit: nam hoc idem docet Sotus, 4. dist. 23. quest. 4. art. 1. Quicquid Medina senserit, verum est quod communi consensu ceteri tradiderunt, non solum præcipi, vt quis corpore sponte sua præsens intersit rei diuinæ dum sit; sed etiam vt attentum se præbeat auditorem. Ergo, qui ita confabulatur, nugatur, ludit, vel ridet cum alijs, vt prorsus impediatur à re diuina audienda, præceptum nõ seruat. alioqui enim præcepto satisfaceret qui tunc temporis legeret, pingeret, scriberet, clamaret, disputaret, aut alios doceret. Nec item sola corporis præsentia sufficit: tunc enim, qui per vim vel ignorantiam, vel dormiens adesset, præceptum impleteret. Requirit itaque Ecclesia voluntarium & attentum auditorem: talis non est, qui ita aliud agit, vt perinde sit, ac si præsens ad audiendum non esset. Hæc ex Antonino 2. part. tit. 9. cap. 10. §. 1. Caietano in *sum. Festorum violatio*, Soto in 4. dist. in 13. quest. 2. art. 1. Syluestro *Missæ 2. quest. 9.* Nauarro in *Manuali cap. 13. numer. 17. & cap. 21. numero 6.*

Secundo queritur, An satisfaciatur præcepto is, qui rem diuinam audit quidem, sed animo sponte sua alijs rebus intento, etiam si nihil aliud agat? Dux sunt auctorum diuersæ opiniones. Quidam negant eum satis facere, quia cum animus ita cogitatione in audiendo Missæ sacro distrahitur, perinde est ac si abesset: is enim ita affectus si rogetur an rem diuinam audierit, verè responde- re potest se illam non audisse. Deinde quoniam

Missæ sacrificio non solum corpore, sed etiam voluntate & animo præsentem esse debemus. Hæc opinio videtur communi consensu recepta. Sic enim sentiunt Angelus *Ferie mon. 43. Rol. verb. Dominica. num. 7.* Caieta. in *sum. in verb. Festorum violatio*, Sotus in 4. dist. 13. q. 2. art. 1. & libro 10. de *dist. 9. art. 5.* Nauarro in *Manuali cap. 13. numer. 17.* Medina in *sum. tract. Confess. lib. 1. cap. 14. §. 9.* Ludouicus Lopes in *sum. Institut. conscientie c. 52.* Alij contrarium affirmant: cuius sententiæ est Syluester *Missæ 2. quest. 10. 6.* eundemque opinionis fuisse quorundam iudicio videtur ij. Auctores, qui senserunt, præcepto Ecclesiæ de persoluendo Horarium præcepto officio satisfacere eum qui recitat preces animo vltro distracto, dummodo nullum opus exterius faciat, quod attentionem impediatur, quod docuerunt Duran. in 4. dist. 15. q. 2. numer. 6. Palu. 4. dist. 9. art. 2. conclus. 4. Antonin. 3. part. tit. 13. cap. 4. §. 7. & Angel. *Hora. num. 28. Rol. Hora. num. 3.* Pisan. *Hora. num. 3.* Aftenfis in *sum. lib. 6. tit. 1. num. 6. quest. 3.* Idem dixisse Gersonem testatur Hadrianus *quodlib. 8. artic. 1.* & quidam aiunt sic etiam sensisse Innocentium, Hostiensem, Ioan. Andream, Abbatem, Ancharanum in cap. *Dolens de celeb. Missæ.* quod valde probabile putat Medina de *Orat. quest. 16.* & eum secutus Corduben. 4. lib. *sum. questionum, quest. 13. de Possitate Pape, ad finem.* Duabus rationibus mouentur: tum quia Ecclesia solum iubet rem diuinam audire, at quamuis quis ad alias res mentem intendat, nihilominus tamen sacrum Missæ verbum commodè audit: tum etiam quia interiores voluntatis actus Ecclesia non præcipit, ergo quamuis rem diuinam quis audiat mentis cogitatione res in alias dispersa, præcepto satisfacere videtur.

Constat inter omnes, præceptum seruari ab eo, qui non sponte sua in alias mentis cogitationes distrahitur. Solum queritur de eo, qui sciens ac volens cogitando ad alias res diuertit, qui, si ad res cœlestes atque diuinas animum intendat, proculdubio præceptum seruat, cum Ecclesiæ mens sit, vt rem diuinam audiamus, quo rebus facris vtilius & fructuosius operam demus.

Quod ergo vocatur in dubium, est, An præcepto satisfaciatur, qui inter audiendum cogitat sponte sua de rebus profanis, non facris, siue diuinis? Quibusdam iniurijs videtur secunda sententia verior: quia Ecclesia verbo illo (*audite*) nihil aliud intelligit, nisi vt Missæ sacrificio præsentem simus sponte & voluntate simul, nihilque cogamus, quod rei diuinæ audicionem impediatur. Deinde, quia nihil obstat quo minus qui à Missæ sacrificio sola animi cogitatione diuertitur, rem diuinam audiat: nam commodè quis ad duo, vel tria, vel etiam plura animum aduertit. Sed profectò longè probabilior est prima sententia, quia Ecclesia in hac non solum voluntarios, sed etiam attentos postulat auditores; nec inde fit, vt præcipiat actum internum per se, sed actum externum ex interno profectum; & huiusmodi actum potest Ecclesia impedire.

Tertio queritur, An præceptum de re diuina audienda seruet & impleat, qui inter audiendum recitat preces horarias, quas alioqui recitare præcepto

cepto deberet? Dux sunt opi niones: Nam quidam negant, quia precū recitatio impedit rei diuinæ attentionem. Sic Angel. in verb. *Feria. num. 46* Syluest. *Missa 2. q. 6. Rosel. Dominica. nu. 7. Armilla Fe* *stum nu. 11. & Missa nu. 39. Oppositum alij affirmat,* *Cajet. in Sum. Festorum violatio, & in Opusculi como 2.* *trañ. 4. quest. de Valore orationum distans ab audiente* *Missam die festo; Sotus in 4. dist. 13 q. 2. art. 1. Ledel. in 4.* *part. 2. quest. 16. art. 6. dub. 5. Nauarr. in Man. cap. 21. num.* *8. & trañ. de orat. cap. 19. nu. 178. Maior in 4. dist. 12.* *quest. 8. Adrian. in 4. de satisfactione, quest. que inci-* *pu: Queritur circa prædicta: Hoc scilicet adducti ar-* *gumentum; quod vtrique legi ac præcepto satisfacere* *commodè potest, modo vnum opus nõ impediatur* *alterum, nec attentio vni debita tollat alteram.*

Deinde, aut neutri præcepto satisfacimus, aut alterutri: non primum, id enim est improbable: non secundum, quia non est maior ratio, cur vni potius quàm alteri satisfacere credamur. Dices, satisfacere nos illi præcepto, quod cum debita animi attentione exequimur. Sed contra virget argumentum: vtrumque possumus præstare, si quidem ad vtrumque animum aduertere commodè possumus. Mihi videtur secunda opinio probabilis, non quatenus docet generatim posse nos vtrique præcepto satisfacere, etiam quando vnum opus alterum impedit, sed solum quatenus contendit posse nos simul hæc ambo præcepta commodè implere & seruare, quia vtrique attentum animum, sicut debemus, præbere possumus. Quare non ita bene iudicant ij, qui vniuersim negant vtrumque præceptum nos simul implere posse.

Quod vt intelligas, anima aduertere te oportet, primam opinionem non esse tam improbabilem quam aliqui putant. Solum enim sententia illius auctores contendunt, eos qui recitant preces quas debent vi præcepti Ecclesiastici, cogi attentò animo eas recitare, & proinde, nullum opus externum efficere, quod impediatur debitam attentionem. At si audiatur rem diuinam, eiusmodi auditio impedit quo minus preces horarias recitent attentè, vt debent. Item qui vi legis Ecclesiasticæ sacrum audit, eo ipso cogitur abstinere se ab omni opere externo, quod impedit debitam attentionem. Sed qui recitat preces horarias attentè vt debet, opus facit externum, quod impedit quo minus sacrum attentè audiat, ergo nequit simul vtrique præcepto satisfacere. Hactenus probabiliter loquuntur meo iudicio. Sed non probò quod insinuant, non posse nos simul vno eodemque opere duo præcepta complere: aliquando enim id præstamus, nisi adeo diuersa officia fuerint, vt simul obire & exequi non possumus. Quare videndum est, an duo præcepta, videlicet vnum de persoluendo horario precum officio, alterum de re diuina in die festo audienda, adeo diuersa sint, vt simul implere nequaquam possimus. Et dicendum existimo talia non esse. Nam sacrum attentè quidem audire debemus: sed sufficit, vt statim *questione proxima sequenti* dicam, si ad verba quæ Sacerdos dicit, animum intendamus, vel ad verborum sensum, vel ad Deum ipsum, cui sacrificiū offertur, vel ad Diuina mysteria quæ Missæ sacrificiū significat. Item, dum horariarum precum officium persoluimus, satis

etiam est, si attentū animum præbeamus vel verbis, vel verborum sensui, vel Deo quem precamur, vel rebus diuinis, quas petimus vel optamus orando: ergo possumus, dum Missam audimus, & preces horarias recitamus vna attentione vtrumque officium præstare, videlicet, si ad Deum ipsum, cælestes, diuinasque res mentem & animum intendamus: At quis neget, aut dubitet, posse nos id obire & exequi? Rem diuinam audis, vt ad Deum animum excites: item preces horarias recitas, vt Deo attentum animum præstes: de Deo igitur aliquid cogita, diuinis rebus attendas, & vtrumque persoluis. Non igitur est vna attentio, quæ alteram excludat, minuat, impediatur: ergo vtrique simul præcepto satisfacere commodè possumus. Fateor quidè difficile esse, vt si, dum rem diuinam audis, & preces recitas, ad verba animum intendas, vtrumque præceptum impleras, & hoc est, quod primæ opinionis auctores docere voluerunt, nec alij firmis argumentis & rationibus confutarunt: sed id necesse non est, quoniam sufficit si ad Deum, vel res diuinas mentem & animum intenderis.

Quartò queritur, An vllum peccatum admittat, qui dum sacrum in die festo audit, recitat preces alioqui votiuas, vel præcepto, vel lege aliqua debitas? Cajetanus loco citato censet veniale delictum committere; nisi id faciat dum Sacerdos qui sacrificat, nihil intenta, sed submissa voce legit, vel recitat, aut dum non intelligitur, aut dum is qui Missæ sacrificio interest, tam longè distat, vel ita surdus est, vt Sacerdotem sacris operantem audire non possit. Nauarrus loco etiam prædicto dicit, eum nullum peccatum facere, dummodo Sacerdotem non impediatur. Profecto si Nauarrus loquatur de eo, qui ad Deum, vel diuinas res animum attendit, vera docet, nec ea Cajetanus, & alij negabunt, si verò loquatur de eo, qui verba tantum attendit, nõ improbabiler loquitur Cajetanus: immo fortassis vtrique præcepto, vt dixi, non satisfaceret ex hac parte (quicquid Nauarrus sentiat & dicat) quoniam difficile est, vt diuersam diuersa verba simul attendere.

Quintò queritur, Qua attentione animi debeat quis sacrum in die festo audire? Respondeo cum S. Thom. *secundæ secundæ quest. 83. artic. 13.* cuius sententia communi consensu approbatur: Cum oramus, tribus modis possumus attendere id quod agimus: Aut enim attendim⁹ verba quæ dicimus, ne dicendo erremus: Aut attendimus sensum verborum: Aut attendimus animum ad Deum ipsum quem oramus, vel ad res diuinas, quas orando petimus vel optamus. Et vltima, inquit, attentio est omnium præstantissima. Ex quo fit, vt dum quis sacrum audit, possit attendere vel ea quæ dicit aut facit Sacerdos: vel possit animum intendere ad Deum ipsum cui sacrificiū offertur, vel ad diuina arcana quæ in Missæ sacrificio significantur, vel ad diuina beneficia, quæ per Missæ sacrificiū conferuntur.

Sextò queritur, An in hac re differant intentio voluntaris, & animi attentio? Ratio questionis est: quoniam quidam intentionem cū attentione confundunt. Respondeo, hæc duo in hac parte differre. Nam, intentio, est propositum siue voluntas, qua quis statuit sacrum audire rite

ac legitime, vt debet; *Attentio est*, qua attendit quod in Missæ sacrificio dicitur, aut fit; aut sensum earum rerum quæ dicuntur, aut diuina quæ significantur: nec sufficit vt velis audire, sed necesse est vt sis etiam attentus auditor.

Septimò queritur, An toto tempore quo Missæ sacrificium fit, aut res diuina auditur, debeat auditoris attentio durare? Quidam reprehendunt in hac parte Scotum 3. *diff. 9. qu. 1. art. 2.* & Gabrielem super Canonem Missæ *lect. 29.* quòd dixerint, toto tempore durare attentionem debere. Sed profectò nec Scotus, nec Gabriel id dicunt, nec si dixissent, reprehendi debuerant. Nam quæuis intentio sufficit si initio fit, hoc est, si constituat quis rem diuinam audire, quamuis postea nihil cogitet, quia dum audit, in prima voluntate persistit, si ab ea non recedit. At verò attentio toto tempore durare debet, nec enim sufficit, si sacrû ex parte tantùm attendas, & ex parte magna animo vltro distracto audias. Necessè igitur est ne ex parte notabili sponte animum diuertas. Sicut totum sacrum audire nos oportet, sic in toto sacro attenti auditores esse debemus, ita vt animum vltro non distrahamus.

Cap. VI.

Quadam alia questionibus eadem de re diluuntur.

Primò queritur, An præcepto & legi satisfaciatur, qui cum peccato rem audit diuinam? Eudæ qui seuserint, generatim nullû præceptum per actum, qui fit per se malus, impleri. Sed horum opinio communi est omnium consensu refutata. Neque enim ad præceptorum substantiam seruandam requiritur charitas aut bona finis voluntas. Quis enim neget præceptum de honorandis parentibus, vel de elemosyna egenti eroganda, impleri & seruari etiam ab eo, qui hæc pietatis officia inanis gloriæ studio præstat? Alij dixerunt, huic præcepto minimè satisfieri ab eo, qui inter audiendum Missæ sacrum, cum alijs nugatur, vel mali quippiam aliud facit. Cæterùm hoc non ideo verum est, quòd is cum peccato rem diuinam audiat, sed quia dum audit, aliud agit, quod debitam rei diuinæ attentionem impedit. Porrò S. Antoninus 2. *part. tit. 9. cap. 10. §. 1.* & 2. innuere videtur, eum hominem non satisfacere præcepto, qui se confert in templum causa videndi, & concupiscendi libidinose foeminas, alias illuc non iturus, nec rem diuinam auditorus. Immo, inquit, nec is præceptum implet, qui iussu alterius sacrum audit; alioqui minimè auditorus, quoniam rem diuinam sponte sua audire non creditur. Si S. Antoninus id voluit dicere, eiusmodi hominem aliàs nullo modo ad templum accessurum, nisi foeminae videndæ, & intemperanter appetendæ causa peccare: id verum est, non in eo quòd rem diuinam & præceptum omiserit, sed quòd templum adierit libidinis, & voluptatis gratia, & quòd deprauato animi affectu rem diuinam audierit. Quare si generatim loquamur, omnino verum est aliorum responsum, hoc præceptum seruari etiam si cum peccato res diuina audiatur.

Secundò queritur, An sit iuris Canonici, vt diebus dominicis & festis Missæ sacrum publi-

cum & solenne audiatur? Abbas in *cap. 1. mon. S. de vita, & honesta Clerico.* vult id esse iuris communis quod demonstrat ex eo quod habetur in *cap. 1. de attendendum, de Consecr. dist. 1.* vbi habetur: *Vt Missæ peculiare quæ per dies solennes à sacerdotibus sunt non ita in publico fiant, vt propter eas populus à publicis Missarum sollempnibus, quæ hora tertia canonicè fiunt, abstrahatur, sed sacerdotes qui in circuitu Urbis, aut in eadem Urbe sunt, & populus in vnum ad Missarum publicam celebritatem conueniat.* Hæc ibi. Quo loco Missarum sacrificia peculiaris, dici videntur priuata, quæ sine populo publicè vocato, & absque vlla signi, aut æris campani pulsatione fieri solent. At verò in eo cap. nulum est verbum, quo expressim præcipiatur, vt solenne, & publicum Missæ sacrum audiatur, sed tantùm decreto cauetur, ne in priuatis sacellis ita Missæ celebrentur, vt Populus à Parochia recedat, cum (quemadmodum statim dicemus) iure communi sit constitutum, vt quisque in diebus Dominicis, & festis propriam Parochiam frequentet, ne proprium Presbyterum cõtemnere videatur. Rogabis, an saltem consuetudine sacrum Missæ publicum & solenne audire debemus? Respondeo, quamuis sit consuetudine receptum aliquibus, vt singuli in Parochiam conueniant, ad rem diuinam, quæ fit ritu solemnè & publico, audiendam: non ita tamen legis vim habet, vt is qui priuatim rem diuinam audierit in Parochia, præceptum omisisse iudicetur.

Tertio queritur, An iure communi Missæ sacrum audire oporteat, quod est diei Dominicis, vel festi proprium? An verò is legi satisfaciatur, qui aliud Missæ sacrum audierit? Hoc ideo queritur, quia in *c. quidam, de celebrat. Missa.* dicitur: *quidam Laicorum habent in consuetudine vt per singulos dies audiant Euangelium, in principio erat Verbum, & Missæ peculiare, hoc est de Sancta Trinitate, & de Sancto Michaele: hoc ideo sancitur, ne vltius id fiat, nisi suo tempore. Et nisi aliquis velit propter venerationem Sanctæ Trinitatis, non pro alia deuotione audire. Sed si voluerint vt sibi Missæ conuocentur, de eadem die Missas audiant pro salute viuorum, & etiam defunctorum.* Sic ibi Concilium Triburienle. Vnde Ange. *Missæ, num. 33.* ait, non satisfacere præcepto de audiendo sacrum eum, qui aliud audit sacrum, quam illud quod est diei festi proprium. Verum constans est omnium sententia, vt patet ex Antonino 2. *part. tit. 9. cap. 10. §. 1.* Syluestro *Missæ 2. q. 4.* Rosella *Missæ, num. 14. & 23.* Tabienli *Missæ, num. 49.* præceptum impleri, & seruari, etiam si sacrum Missæ non proprium diei audiatur. In eo verò capite allato, concilium solum improbat superstitionem eorum, qui putabant se rem diuinam non audire nisi illam, in qua recitaretur Euangelium, in principio erat Verbum: aut certè reprehendit morem illorum, qui proprio diei festi Missæ sacro contempto, alia priuata sacra curabant audienda.

Quartò queritur, An quisque in sua Parochia diebus Dominicis & festis sacrum Missæ verbum audire cõmuni iure cogatur? Nauar. in *Manuali c. 23. n. 5.* Ang. in *verb. Missæ n. 59.* Rosell. *Missæ n. 19.* Syl. *Missæ 2. q. 5.* Tabien. *Missæ n. 52.* Armil. *n. 31.* & ante eos Calderi. *conf. 6. de Religios. domib. Anto. 2. 2. tit. 9. c. 4. §. 1.* ne gât esse iuris cõmunis præceptum: quia in *c. 74. Domin. de Paroch.* solum statuitur, vt alienum Parochianum Presbyter è sua Ecclesia eiciatur, volentem in ea

Missæ

Exod. 20.

Missæ sacrificio interesse proprio Presbytero contempto. Ergo solum præcipit ius commune, ne quis diebus Dominicis aut festis extra Parochiam sacrum audiat contempto Parocho. Ac quidam aiunt, sensisse Innocentium in ca. vi. *Dominici de Parochijs*, & ibidem Hostiensem, Ioann. Andream, Abbatem, ac cæteros Canonici iuris interpretes, esse iuris cõmunis præceptum, ut quilibet in sua Parochia diebus Dominicis ac festis rem diuinam audiat. Nam in c. vi. *Dominici citato de Parochijs*, ita decernitur: *vt Dominici, vel festis diebus Presbyteri antequam Missam celebrent, plebem interrogent, si alterius Parochianus in Ecclesia sit, qui proprio contempto Presbytero, ibi vellet Missam audire: quem si inuenierit, statim ab Ecclesia eiciant.* Et in c. *Si quis etiam, de Consecr. dist. 1. ex Concilio Agathensi* dicitur: *Si quis etiam extra Parochias, in quibus legitimum est ordinari, Conuentus, Oratorum habere voluerit reliquis festiuitatibus, vt ibi Missam audiat propter fatigationem familiaris, iusto ordine permittimus: Pascha vero, Natali Domini, Epiphania, Ascensione Domini, Pentecoste, Natali S. Ioannis Baptistæ, & si qui maxime dies in festiuitatibus habentur, non nisi in Ciuitatibus, aut Parochijs audiant.* Hæc in eo loco. Quæ duo, inquit alij, iuris communis Decreta, tametsi id non planè monstrarent; in Constitutione tamen Pontificia Sixti Quarti, quæ incipit: *Vnes illius; quæ habetur inter extrauagantes communes de Treng. & Pace, perpicue dicitur: Cùm iure sit cautum diebus Dominicis ac festis, Parochianos teneri audire Missam in eorum Parochiali Ecclesia. Et Concilium Trid. sess. 24. cap. 4. de Reformat. ait: Moneat Episcopus populum diligenter, teneri vnumquemque Parochia sue interesse, vbi commode id fieri potest, ad audiendum verbum Dei. Sic Concilium; quod tametsi de sacris ibi concionibus fortassis loquatur, quæ in templis ad populum habentur, multò magis tamen locum habet in Missæ sacro in Parochia audiendo. Verum prima sententia est vera: nam ius commune solum vetuit, ne quis prædictis diebus extra Parochiam sacrum audiat contempto suo Parocho: & hoc sensu loquuntur Innocentius, Hostiensis & cæteri Pontificij iuris interpretes, & eundem sensum habent verba Sixti Quarti, & Concilij Tridentini. **QVÆRES,** an possint iuste caute libelle, quibus quis iure extra Parochiam in diebus festis rem audiat diuinam? **Respondet** cum Abbate ca. *disto, vt Dominici*, & Glossa ac Doctoribus ibid. eiusmodi sæpe causas contingere: vt cùm Parochus est interdicto vel excommunicatione deiunctus, vel in irregularitatem lapsus, aut suspensus ab Ordinibus, vel officio; vel quia alibi quispiam religiosus, vtilius & fructuosius Missæ sacrificio interesse solet: nimirum, quia simul & diuinæ Missæ officio præsens est, & sacram concionem, aut saltem vtiliorem audit; vel quia difficultate temporis, vel loci, vel alioquin alterius rei, ad propriam Parochiam cõmodè accedere nequit, vel quia ratione consuetudinis alicubi receptæ, vel auctoritate privilegij Põtificij extra Parochiam quis rem diuinam audit. Deinde quæres quando nam quis suam Parochiam relinquit proprio Presbytero contempto? **Respondent** quidam, eiusmodi contemptum Parochi posse dupliciter contingere: aut enim expressim & aperte dispicitur, aut tacitè; veluti cùm quis frequenter pro-*

prium Parochum deserit. Sed certè non semper in consuetudine inest contemptus: nam ea non raro cum iusta & legitima causa potest esse coniuncta: Quidam alij respondent, tunc tacitè contemni proprium Presbyterum, cùm Parochia absque vlla profus causa iusta, & legitima relinquitur. Cæterum nec hoc verum est, quia si quis extra Parochiam sacrum audiat absque vlla alia causa, nisi quia videt esse consuetudine receptum, nequaquam Parochum contemnit. Quare dicendum existimo, Parochum non contemni in hac parte, nisi cum expresso contemptu relinquitur, ac planè deseritur Parochia: quamuis in foro exteriori, vt Parochi contemptor credi & haberi aliquando poterit, qui sine causa debita, aut frequenter Parochiam deserit.

Quintò quæritur, An ius commune, quo quisque in sua Parochia rem diuinam audire debet, sit consuetudine abrogatum? **Angelus, Rosella, Syluester, Armilla, Nauarrus** locis supra citatis respondent, generali in toto Christianorũ orbe consuetudine recepta id esse abrogatum, cùm passim vbique locorum, & gentium, videamus Christianos diebus festis extra Parochiam suam sacrum audire. Ego tamen dubito, num ita generalis consuetudo sit hæcenus introducta; nam alicubi, vt in quibusdam diocesisbus Flandriæ, Galliæ, & Germaniæ, Parochiæ cõtendunt, his in locis contrariam esse consuetudinem, cuius vi cogunt Parochianos ad suas Parochias accedere. Non tamen dubito, quin in multis Prouincijs sit vsu receptum, vt extra Parochiam diebus festis & Dominicis res diuina audiat.

Sextò quæritur, An Episcopis liceat, Constitutionem ferre, qua iubeat, vt Parochiani in suas Parochias conueniant ad rem diuinam audiendam, excommunicatione, vel alijs multis & penis in eos, qui non paruerint, constitutis? **Negat Nauarrus, eo quem supra citauimus loco, Antoninum & Syluestrum** prædictis in locis secutus, id licere facere, quia generali consuetudine cõtrarium seruat: & sicut contra ius commune legem ferre nequit Episcopus, ita nec contra generalem consuetudinem potest. **Contrarium alij affirmant,** inde permoti, quòd iuris communis præceptum sit, vt quisque in sua Parochia Missæ sacrificio diebus Dominicis intersit. Sed Episcopus auctoritatem habet præcipiendi, vt Canones, & communia iura seruentur. Deinde vtilissimũ est, vt quisque in propriam Parochiam conueniat, vt ibi audiat Parochum indicentem dies festos, & ieiunia quæ in hebdomada seruari debent: & vt cognoscat, qui nam excommunicati publicè denuncientur in templo, quos eum oporteat deuotare. Ergo Episcopus potest vtiliter Parochianis rem tam vtilem & salutarem. **Postremò,** si proprius Presbyter & Parochus contemnatur, iure potest Episcopus imperare, vt quisque ad suam Parochiam accedat: at probabiliter credit Episcopus Presbyterum despici, cùm paucos videat in propriam Parochiam conuenire. Certè si tota, aut maxima pars Parochianorum Parochiam desereret, vel contemneret, aut si res diuina audiretur extra vllam causam, iustam scilicet & legitimam, in priuatis Sacellis & Oratorijs, nullo

ad id

ad id Pontificio priuilegio munitis, putauerim ego Episcopis licere simplici mandato precipere, vt Parochiani ad suas Parochias accedant, non tamen irrogatis pœnis imperare, aut Constitutionem ponere, qua edicerent, ne Parochiani diebus Dominicis sacrum audirent in priuatis Sacellis & Oratorijs. Quapropter si Constitutione posita, excommunicatio contra eos qui non obtemperant, ferretur, eam non contraherent ipsi, qui iusta ex causa extra Parochiam sacrum audirent: Immo declaratio Cardinalium Concil. Tridentini, *sess. 24. cap. 4. de Reformat.* sic habet. *Non potest Ordinarius multis & pœnis cogere populum ad audiendam Missam, aut Concionem etiam in casu negligentie aut contumacie.*

Septimo queritur, An legi & præcepto audiendi diuinum Missæ verbum satisfaciunt, qui in Mendicantium fratrum sacris ædibus id audiunt? Vetus exitit controuersia de hac re inter Ecclesiarum rectores Parochos, & Mendicantium ordinum fratres: illi contendebant, præcepto non satisfacere eos, qui audirent. Nam quamuis Mendicantes Pontificis priuilegio gaudeant, vt in eorum templis Missa audiatur, & priuilegium Principis amplissimè interpretari debeamus, quando iuri communi non derogat, Doctores in *L. Beneficium ff. de constit. Principum.* Veruntamen cum iuris communis præceptum sit, vt quisque in propria Parochia Missam audiat; consequitur, vt omnia eiusmodi priuilegia intelligi debeant ea conditione, vt iuri & auctoritati Parochi non derogent. Sic enim cætera priuilegia interpretamur. Deinde priuilegium Pontificis habet, vt in sacris ædibus Mendicantium Missa audiri queat, modo proprii absit Parochi cõtempus: sed tacitè contemnitur, cum Parochia immeritò deseritur: ergo Pontificis priuilegium Mendicantibus concessum locum habet, cum legitima subest causa, vt in eorum templis Missam sacra audiantur.

Ad extremum: *Sixtus Quartus* in Constitutione quæ incipit, *Vices illius inter communes, de Trenga & Pace,* abrogasse videtur suorum antecessorum priuilegia, quibus concedebatur, vt in sacris Mendicantium ædibus Missa audiri possent. Præcipit enim, ne fratres Mendicantes concionentur, non debere Christianos in suis Parochijs sacrum audire: cum iure, inquit, sit cautum, in diebus Dominicis, & festis oportere Parochianos Missam audire in suis Parochijs. At verò quicquid nonnulli Ecclesiarum præfecti Parochi tueri conentur; dicendum arbitror, Mendicantibus Ordinibus concessum Priuilegium in hac parte tale esse, vt legi & præcepto satisfaciunt quotquot in eorū templis Missam audiunt. Sic enim habet Leonis Decimi priuilegium, quod habet Nauarr. in *man. cap. 21. nume. 5. Auctoritate Apostolica tenore presentium nosc facimus, omnes Christi fideles virisque sexus, qui non contempto proprio Sacerdote parochiali in Ecclesijs fratrum Ordinum Mendicantium, Dominicis, & alijs festis diebus Missas audiunt, satisfacere præcepto Ecclesie de Missa audienda, nec in aliquam labem peccati mortalis pœnamque propterea incurrere. Nec obstat, quod dicitur, Sixtum Quartum in sua Constitutione prohibere, ne Fratres Mendicantes concionentur, aut publice doceant, Parochianos non debere in Parochijs rem diuinam audire. Nam Pontifex id fo-*

lùm vult quia iure communi decretum est, ne Parochiani rem diuinam audiant extra Parochiam proprio Sacerdote contempto. Mendicantium verò Ordines priuilegio, & beneficio Rom. Pontificis habent, vt in eorum sacris ædibus audientes rem diuinam satisfaciant Ecclesie. Reprehenduntur ergo ea in Constitutione Fratres Mendicantes, quod publicè docerent, nõ esse iuris communis, vt quisque in Parochia Missam audiat, sed liberè Parochi contempto quemque posse, vbiunque ipse voluerit, eam audire. Dices, si iuris est communis audire in Parochia, ergo Pontificis priuilegium iuri communi derogare non creditur. Respondeo in hunc modum: quando priuilegium expressim ius commune non abrogat, interpretari non debemus tam amplè, vt tollat ius commune. Sed priuilegium Leonis Decimi Mendicantibus datum, expressim iuri communi, si quod esset, in hac parte derogat. At ius commune, in *cap. Vt Dominicis de Parochijs.* solum prohibet, ne quis extra Parochiam contempto proprio Sacerdote rem diuinam audiat diebus Dominicis, & Festis. Nec obest quod opponeretur, Alicubi esse consuetudine receptum, vt quisque ad Parochiam accedat: & alicubi itidem Constitutiones Synodales extare, quibus præcipitur, vt singuli Parochiani in suis Parochijs rem diuinam audiant. Nam huiusmodi consuetudines Constitutionesq; solum id habent, aut præcipiunt quod ius commune constituit ac iubet; nec ita possunt Pontificium priuilegium abrogare: Quare ad eos solos trahuntur, qui contempto Parochi extra Parochiam Missam audiunt; & qui sine iusta causa, aut legitimo priuilegio, vel consuetudine recepta, se conferunt aliò ad sacrum audiendum.

Ostendit queritur, An qui in Sacello, vel Oratorio priuata auctoritate extracto sacrum audit, satisfaciatur Ecclesie? Angelus in verbo *Missæ nu. 59.* negat, & probat *ex cap. Si quis etiam supra citato. Alij tamen affirmant,* dicentes nequaquam esse iuris communis, vt in propria Parochia res diuinam audiat, sed, ne extra parochiam, proprio Sacerdote contempto audiatur: nec in eo capite reprehendi morem Laicorum Missas audientium in priuatis Sacellis, sed Clericorum in eis rem diuinam facientium. At verò quicquid sit communi iure decretum, vt quisque in sua Parochia Missæ sacrificio diebus Dominicis, & festis inter sit; nihilominus tamen, vel generali consuetudine vbiq; locorum vel saltem peculiari alicubi recepta, est introductum, vt præcepto satisfecisse credatur is, qui sacrum in Sacellis siue publica, siue priuata auctoritate fabricatis audierit, dummodo id ex contemptu sui Parochi non fecerit.

Cap. VII.

De causis, quibus excusantur qui rem diuinam non audiunt.

PRIMO queritur, Quibus de causis aliqui excusantur à lege Missæ sacrum audiendi? Respondeo: multis; quæ omnes generatim ad hæc capita reuocantur. Velut si quis audire nequeat absque sui vel suorum, vel proximorum damno, quod sit alicuius ponderis, & mo-

menti;

menti, quale est detrimentum animæ, vel corporis, vitæ, salutis, famæ, honoris, libertatis, bonorum, vel rei cuiuslibet alterius, etiam quæstus, & lucri, dummodo sit alicuius ponderis & momenti, ita communis opinio. Non quia obedientia, quæ Ecclesiæ debetur, non sit præferenda rebus nostris temporarijs: sed quia credimus Ecclesiam non tam graue nobis onus imponere voluisse, nec tam seuerè huiusmodi præceptum dedisse.

Primo igitur loco excipiuntur quotquot sunt excommunicationis vinculo obstricti: Item qui personalis interdicti poena tenentur. Quotquot item ratione interdicti localis sunt impediti. Angelus *Missæ. numer. 57. Syluest. num. 1. & Nauar. in Manuali. cap. 23. num. 3.* Is quoque qui in carcere, & vinculis cum priuatis, cum publicis detinetur: vt qui fide data, domi suæ tanquam in carcere sese continere compellitur. Qui præterea graui aliquo, & iusto negotio, quod in aliud tempus deferri nequeat, impeditur: quales sunt publici ministri, qui ratione sui muneris, domo egredi, castra dimittere, murorum portas, quas custodiunt, ac tuerentur, & vigilias deserere non permittuntur, Syluester, & Nauar. Tales etiam sunt Magistratus, Senatores ac reliqui primarij viri, qui grauia Reipubl. negotia in aliud tempus rejicere commodè nequeunt. Syluest. Nauar. Quales etiam sunt, qui ægrotis interuunt, quos citra periculum, & damnum relinquere non possunt. Nauar. Tales quoque videntur esse matres, vel nutrices, quæ tenellos ac paruulos infantes deserere, nisi cum periculo & incommodo non queunt. Nauar. Quæ item nobiles filias sine probabili itupri discrimine minime relinquunt, vt iuxta patriæ consuetudinem domi Ecclesias custodiant. Syluest. nec non scemina nuptæ, quæ sine virorum offensione, & rixa alicuius momenti domo exire nequeunt. Nauar. Cum probabilis item latronum, vel inimicorum metus adest, vel timor periculum, ut pestis, vel aeris probabilis corruptio, cœlæ intemperies, vel difficultas itineris: Tum etiam quando plures iter faciunt, & eorum vobis nisi graui suo damno, & detrimento ceteros dimittere nequit. Nauar. Si item ministri sint, & toto tempore, quo Missæ sacrificium fit, in rebus sacrificio necessarijs apparandis occupentur, cum alij non sint, qui id commodè facere queant. Infirmi item, qui consilio Medici commodè Missam audire non possunt: cum serui, & famuli, qui iussu Domini aliquid quod sit magni ponderis, & momenti, facere coguntur eo tempore, quo sic res diuina. Quin si adeo pauper sit quis, vt vestes non habeat quibus tegatur, aut sine quibus pro dignitate, & conditione personæ domum egredi comode non audeat. Viduæ insuper, & aliæ mulieres, quæ ob viri, vel parentum, vel fratris propinquitæ alterius obitum, de more ad certum aliquod tempus domo exire non solent. Si puellæ item sint nobiles, & à parentibus cogantur domi se continere. **QVAERES**, an qualiscunque morbus sufficiat ad eximendum aliquem ab huiusmodi lege, rem diuinam audiendi? Respondeo, arbitrio boni viri, vel potius Medici consilio rem hanc esse desinendam. ea enim sola corporis æ-

gritudo sufficit, quæ probabiliter & bona fide creditur nocitura grauius, si quis è lecto surgat, & egrediatur domo. **QVAERES** deinde, an scemina prægnantes hoc præcepto liberentur? Respondeo, minime nisi exitus è domo eis probabiliter nociturus grauius crederetur. Item **QVAERES**, an serui, & famuli semper à præcepto excipiantur, quum iussu Domini aliquid obire, & exequi compelluntur. Respondeo, conuenire inter omnes, legitimam eis inesse peccati excusationem, si sibi probabiliter, & grauius nocerent domino non obtemperantes, vt alio loco superius admonui.

Rursus certi iuris est, eos debere Missam audire, si ob Ecclesiæ contemptum, eam omittente Domini iuberent. Verum id dubie quæstionis est, An quando Domini imperant famulis aliud facere, iustam peccati excusationem habeant, si iussa Domini faciant, tamen nullum aliud detrimentum sibi probabiliter timerent præter duriusculam reprehensionem, vel rixam? Aiunt quidam generatim, eos liberos esse culpa, si rem diuinam omittant, vt Dominis obediant: omni etiam motu, mali sublato. Verum si eis obijcias, magis esse Deo, & Ecclesiæ parendum, quam hominibus; Dicent id locum habere, cum Domini præcipiunt aliquid, quod esset contrarium Dei, Ecclesiæ mandatis; at dum Ecclesia præcipit rem diuinam audiri, solùm vult, vt serui, vel famuli audiant, cum iussu dominorum aliud præstare non coguntur: quare serui iustam hac in re excusationem obtinent, domini non item, qui quidem non raro in hac parte peccant: tum quod nihil sua interesse putant quod serui, & famuli audiant rem diuinam, nec de salutem illorum spirituum negligentes, tum saepenumero leuia aliqua præcipiunt eo tempore quo res diuina cum audiri deberet, omittitur; cui nimirum incommodo, si vellent domini facile possent occurrere. Hæc omnia Rosella *verbo Missæ. numer. 18. Antonin. 2. part. ciuil. 9. cap. 10. §. 3. Syluest. verbo Missæ. 2. quæst. 2. Nauar. in Man. capi. 21. numer. 3. & 4.*

Secundo quæritur, An sit mos ille improbandus quo vidua post obitum viri, causa luctus, & tristitiæ domi se continet ad annum, an saltem ad plures intra annum menses? Rosella *in verbo Missæ. numer. 18. Antonin. 2. part. ciuil. 9. cap. 10. §. 2. Nauar. in Man. cap. 21. numer. 4. Syluest. Missæ. quæstio. 9. iustam, & legitimam peccati excusationem fatentur esse, si ad breue tempus, nimirum ad vnum mensem, vel etiam duos domi reclusa Missam non audiat, non tamen si ad annum, vel si ad alia negotia egredi domo solet. Attamen dubitari non potest, quin pro dignitate, & nobilitate personarum maiore, longior tunc tempore se viduæ continere, recepta consuetudine, domi queant.*

Tertio quæritur, An in vniuersum iusta sit peccati excusatio, si nobiles puellæ, & virgines rem diuinam non audiant domi se recludentes iussu parentum? Respondeo, puellas quidem, culpa carere, cum, vt parentibus obtemperant, domo non egrediuntur; non tamen parentes, si eas egredi ad audiendum sacrum non permittant, cum ad ludos, spectacula, & choreas exire patiantur. quod si eas domi includant, nec alio exire

finant pudicitia, & virtutis tuenda causa, nulla se peccati labe commaculant.

Quarto queritur, An aliquis liber sit à peccato, si per ignorantiam Missam omittat? **Respondeo** in hunc modum, aut ignorantia est facti, aut iuris. Si primum, iustam dat excusationem; ut qui omnino ignorans diem esse festum, Missam non audiat. Si verò secundum, legitimam, & iustam excusationem non affert, quia ius in diebus Dominicis, & festis Missam audiendi, est, aut esse debet omnibus Christianis notissimum: adeo tamen rudes, & ignari aliqui sunt, ut potè rustici, & pastores inter pecora enutriti, & semper versati, ut id iuris bona fide interdum ignorent. Iusta item, & probabilis potest ignorantia ex aliqua causa contingere: nam serui, famuli, & filij familias bona fide aliquando putant se liberos esse à præcepto audiendi Missam, dum iussu Domini, vel parentis aliud obire coguntur. Iustè quoque excusantur, quicunque bona fide putant se esse legitima causa impeditos, etiam si aliquando fallantur. *Sylvest. Missa. i. vers. 6.*

Quinto queritur, An qui longè à sacris ædibus distat & quia multè decidunt pluvie, vel nives, & aliæ tempestates oriuntur, Missam prætermittit, liber à culpa sit? **Respondeo** si absque magno, & notabili detrimento templum adire nequeat, aut domum suam reuerti, liberum esse à peccato; ut ferè contingit in rure, aut villis, quæ procul ab sunt à templis: quod tamen nõ ita frequenter, immo vix accidit in urbibus, & oppidis. Item pluvie, & tempestates si sint ad breue tempus & solitæ, iustam peccati non præbent excusationem: bene tamen diuturnæ, magnæ, & insolitæ.

Sexto queritur, An qui longam navigationem suscipiunt, Missam quam siccam vocant, & quæ aliquando in nauigijs celebrari solet, audire debeant, ita ut qui eam omiserint, immunes à culpa non sint? **Respondeo**, nullum extare præceptum eam Missam audiendi. Ratio in promptu est, quia in ea nõ consecratur Christi Domini corpus, nec vllum sacrificium offertur; sed epistola, Euangelium, & aliæ preces recitantur.

Septimo queritur, An iustam mereantur peccati excusationem ij pastores, qui ita pauperes sunt, omni que auxilio destituti, ut nullum famulum, aut socium adiutoremque habeant, qui pecora custodiat interim dum ipsi templum ad rem diuinam audiendam adeunt? **Respondeo**, eos mereri, quia gregem relinquere non possunt absque magno & graui periculo: quando verò locos habent, quibus tuto gregis curam committant, tunc debent se vicissim iuuare, ita ut ex eis vnus ad Missam audiendam accedat, & alter custodia gregis intendat: qui deinde altero redeunte ad causam gregis audito iam sacro, & ipse Ecclesiæ præcepto, & legi de re diuina audienda satisfaciatur.

Octauo queritur, An omni culpa careat Titius, qui die Dominico, vel festo, toto tempore, quo Missæ officium fit, sua peccata Sacerdoti confitetur, cum sciat nullum aliud Missæ sacrificium eo die faciendum? **Respondeo** in hunc modum: si peccatorum confessionem, quam præcepti necessitate facit, in aliud tempus differre commo-

dè potest, liber à peccato non est, quia præceptum Missam audiendi prætermittit, cum verumque præceptum possit implere. Si tamen peccatorum sacram confessionem præcepti necessitate debitam in aliud tempus commode prorogare nequeat, tunc tuta conscientia Missam prætermittit, ut faciat præcepti necessitate debitam peccatorum confessionem; quoniam lex de peccatis constitendis, videtur esse maioris ponderis, ac momenti, quam lex de Missa audienda. Si confessionem peccatorum voluntariam, spontè faciat, potius rem diuinam audire debet, quàm peccata confiteri: quia voluntaria confessio est consilij opus, auditio verò rei faciendæ est debitum, & imperatum officium.

Nono queritur, An qui exit ante benedictionem (quam vocant) Sacerdotis ministerio in Missæ sacrificio sub finem dari solitam, Ecclesiæ præceptum, & legem impleat? **Causa** huius dubitationis est id, quod in c. *Missæ de Consecr. Diss. i. dicitur: Ante benedictionem Sacerdotis egredi populus nõ præsumat. Et subiungitur: (Atio qui ex eam ab Episcopo confundantur.) Et in cap. Omnes fideles de Consecr. Diss. i. non perseverant usque dum Missa peragatur, vel in quibusdams Ecclesiæ communiõnes, conuenit communicare prænti. In ca. item, Cum ad celebrandas de Consecr. Diss. i. Populus non ante discedat, quam Missa solemniter compleatur. Respondeo breuiter, præcepto, & legis satisfacere eum, qui egreditur, eo quod partem Missæ notabilem minimè prætermittit. Ad obiectum verò illud ex cap. *Omnes fideles, & cap. Missæ, & cap. Cum ad celebrandas. Respondeo* ijs in locis temeritatem eorum reprehendi, qui plures simul egrediuntur, ita ut solum penè Sacerdotem, qui facris operatur, relinquunt. Is item reprehenditur, qui exit contempto benedictionis munere, quo Sacerdos Missæ offerens sacrificium populo adstanti bonæ, & felicia precatur.*

Decimo queritur, An si simul concurrant Missa, & diuini verbi annuntiatio: ita ut vtrumque audiri simul non possit, præferenda sit auditio diuini verbi, auditio Missæ. **Angel. in verbo Fene. nu. 45.** quem alij quoque nonnulli secuti sunt, ait esse Missæ præferendam sacram diuini verbi auditioem, etiam dum Missam audire præcepto debemus: quod ostendere nititur ex eo, quod habetur in cap. *Omnes fideles, de Consecr. Diss. i. vbi Missam esse audiendam decernitur, ut Scripturæ audiantur: Et in cap. Sacerdos, de Consecr. Diss. i. dicitur: Sacerdos verbum in Ecclesia faciente, qui egressus de aula non fuerit, excommunicatur: & ex eo quod habetur in cap. *Interrogo. i. quæst. i. vbi ex Augustino refertur. Interrogo vos fratres, dicitis mihi, quid plus videatur vobis, corpus Christi, an verbum Christi? Si vultis verè respondere, hoc dicere debetis, quod non sit minus Dei verbum quam Christi corpus. Et ideo quanta sollicitudine obseruamus, quando nobis Christi corpus ministratur, ut nihil ex ipso de manibus nostris in terram cadat, tanta sollicitudine obseruamus, ne verbum Domini quod nobis erogatur, dum aiunt, aut cogitamus, aut loquimur, de corde puro non pereat quia nõ minus erit verum, qui verbum Dei negligenter audierit, quam ille, qui Corpus Christi sua negligentia in terram cadere permiserit. Hæc ibi. Eiusdem sententiæ fuisse S. Bernardinum testatur Rosel. in verbo Dominica, nu. 5. Quicquid tamen Angelus, & alij senserint; dicendum est, Missam, quæ præcepto Ecclesiæ audiri debet, esse**

bet esse sacræ diuini verbi auditioni anteponen-
dâ nec enim ea, quæ præcepta sunt præmitti de-
bent, vt ea, de quibus tantum est datum cõsili-
um, obeamus, atque prætemus. In omittendo enim
præcepto, cum id à nobis impleri potest, pecca-
mus, in cõsilio verò omittendo non item. **Objec-
tiones:** Ex præceptis Ecclesiæ, & alia scripta iura
prætermittuntur, vt quæ sunt nobis data confi-
lia, seruemus. Sic exemplum: verba diuini con-
cionatoris à lege reiuinj eximuntur, vt Euan-
gelium, & diuinum verbum commodè enuncient:
Deinde vt ægrotis inferuiamus, vt Sacramenta
alijs ministremus, etiam cum id nulla lege face-
re, & exequi cogimur, tutò Missam omittimus:
ergo nobis licet Missæ sacræ concionem præ-
ponere propter multa commoda, & emolumen-
ta, quæ ex sacrâ concione capiuntur. **Respondeo,**
non esse negandum, aliquando Ecclesiæ præce-
pta, ob communem aliorum salutem, pacem, &
vtilitatem, aut necessitatem iure prætermitti:
tunc quia commune bonum priuato præfertur,
nam etiam qui non est Ecclesiæ mens, nos ita fe-
uerè, & arctè sibi obligare, vt cum graui, & nota-
bili periculo, vel damno nostro, vel alieno eius
mandata seruare debeamus. Hinc autem non
efficitur, vt quis tuta conscientia possit cõsili-
um præcepto anteferre ob priuatum suum com-
modum. **QVAERES,** an prædicta Angeli, & alio-
rum sententia sit tanquam temeraria damnan-
da? **Respondeo,** esse aliquos, qui eam condem-
nant; alios verò qui improbet quidem, vt fal-
sum, sed non tanquam temerariam: eo quod Au-
ctores præfati minime docere contenderint, præ-
cepta simpliciter, & absolute esse cõsilia pos-
habenda, sed solum quando eodem die festo Mis-
sæ, & sacræ concio simul audiri nequeunt, fas no-
bis esse Missam dimittere, vt sacræ concionem
audiamus. Quia non vult (inquiunt) vt piè cre-
diamus, Ecclesiæ, ad Missam audiendam nos suo
præcepto compellere cum tanto damno, quanto
asphiceremur, si sacræ concionem omittere cogemur.
Sed certè id nulla ratione, vel auctoritate
confirmant: & ideo temerè meo iudicio lo-
quuti esse videntur.

Vndecimò queritur, An singuli Parochiani
Dominicis, & festis diebus debeant aliquid de-
ferre, quod in templo offerant inter audiendum
Missæ sacræ: **Respondeo,** fuisse opinionem quo-
rundam id affirmantium, ac probantium ex cap.
Omnis Christianus, de Consecra. dist. 1. vbi Gregorius
Septimus sic ait: *Omnis Christianus procuret ad Missam
non solemniam aliquid Deo offerre, & ducere ad memoriam
quod Deus per Moysen dixit: Non apparebis in conspectu meo
vacuus: Et 61. Quest. 1. cap. statuiimus, habetur sic:
Statuimus, vt si quis oblationes Ecclesiæ, vel decimas, quas
populus dare debet, tenere contenderit, communionem proue-
uar. Item dist. 32. capit. Præter hoc, Alexander Se-
cundus; Præcipientes, inquit, statuimus, vt decime, pri-
mitiæ, & oblationes seu viuorum, seu mortuorum, Ecclesijs
Dei fideliter reddantur: Vnde colligunt, Parochia-
nos posse cogi, vt aliquid offerant. Sie gloss. Hu-
go, cum quibuldam alijs in cap. Omnis Christianus de
Consecra. dist. 1. & in cap. Statuimus 16. quest. 1. Ho-
stiens. in Rubric. de Paroch. §. 2. Lapus allegat. §. 8. num. 1.
& 7. Attamen communi sententiâ est receptum
inter Theologos, Canonici iuris interpretes, &*

Summistas; non exstare huiusmodi præceptum,
& hoc latè probat Gabriel, *Super Canonem Missæ lect.*
6. & Antoninus *part. 3. Tit. 12. c. 11. Abbas, & Anchar.*
in Rubrica de Parochijs. Angelus, Syluester, & alij in
verb. oblatio: Quapropter S. Thomas secunda secun-
de q. 86. art. 1. quæ alij omnes sequuntur, docet, ne
minem offerre debere, nisi quatuor de causis: nimirum
primò cum quis ratione census, pensio-
nis, aut conuentionis antea factæ aliquid Eccle-
sia dare debet. Deinde cum quis testamento, vel
donatione inter viuos est obligatus. Tertio cum
Sacerdos indiget: nam minister Ecclesiæ ali, &
sustentari debet. Quarto cum alicubi est consue-
tudine introductum, vt in diebus Dominicis, &
festis aliquid offeratur.

Verum illud Questionem habet dubiam: An
vbi talis fuerit consuetudo Parochiani cogi que-
ant aliquid offerre, vt huiusmodi cõsuetudinem
seruent? Angelus *oblatio num. 1.* censet non esse co-
gendos, quia in ijs, quæ gratis, & liberaliter do-
namus, aut facimus, consuetudo vim legis habe-
re non potest: sed oblationes gratis, & liberali-
ter omnino fiunt: idcirco enim oblationes dicitur,
quia sponte quis offert, quod vult. **Sed** pro-
bandum magis est, quod docet Syluester in *verbis*
Decimæ quest. 2. cogendos esse Parochianos ad con-
suetudinem seruandam. Sic enim sentiunt, eod-
em teste Syluestro, Theologi, & iuris Pontificij
consulti. Immo vt ait Panormitanus in cap. *Abolen-*
de de sepulturis, Bartolum in l. Præuileg. c. de sacrosanct.
Ecclesiæ, secus, vbi ciuitas solita est certum aliquid
Ecclesiæ, vel eius ministris dare, & offerre, nequit
illud statuto mutare; nisi consuetudine oblationem
esse introductam ad tempus: vt si consuetudine
introducta sit, vt Parochiani quotannis aliquid
offerant causa templi extruendi, eo extructo, cõ-
suetudo finitur, ac definit.

Duodecimò queritur, An vi præcepti quisque
debeat diebus Dominicis ac festis actum elicere,
quo peccata, quæ admittit, detestetur, quo nimirum
actu doleat se peccasse? Fuit opinio veterum
quorundam Theologorum, cuique hinc diebus
vi præcepti pœnitendum, & dolendum ex ani-
mo esse, quòd suis peccatis diuinam Maiesta-
tem offenderit. Sic Angelus in *verbo Ferie num. 41.*
Verum communis est aliorum sententiâ, nullum
extare huiusmodi præceptum: quam sententiam
probant, ac tuentur Caietanus *secunda secundæ quest.*
122. art. 4. & in summa, festorum violatio. Sotus lib. 2. de
Iust. quest. 4. art. 4. Rosella Dominica nu. 2. Syluester
Dominica q. 6. dist. 4. N. auar. in Manuali cap. 13. num. 17.
Dices: prima sententiâ est tutior, ergo est ample-
ctenda. **Respondeo,** vt alibi etiam dixi in pari ma-
teria, regulam esse iuris, in dubijs tutiorem par-
tem esse eligendam: at in opinionibus, si quidem
sint probabiles Doctorum testimonio commu-
nitæ, non semper tutiorem sententiam esse præfe-
rendâ: ea enim aliquando minus est certa, & vera.

Decimotertio queritur, An qui nullius lethalis
peccati est conscius, vi, & ratione præcepti de-
beat elicere diebus Dominicis, & festis actum
charitatis in Deum? Debere censet Scotus in 3.
dist. 27. art. 1. *verf. Quantum ad secundum dico,* & Ange-
lus *Ferie numer. 4.* Tabienf. *charitas. nu. 20.* id simili-
ter consistitur. Alij tamen supra citati auctores
communi consensu tradiderunt, nullo nos præ-

cepto adigi ad id præstandum, nec vllum est argumentum validum, & firmum, quod nos id sentire conuincat.

Decimoquarto quæritur, An si quis diebus Dominicis Missam non audiat, vilo præcepto cogatur id supplere alijs precationibus ad Deum factis? Fieri nonnulli, qui id crediderint, nec longe absunt ab hac sententia Scotus 3. diff. 9. q. 1. art. 2. & Angelus *Ferie num. 43.* At verò communis est opinio, nullum eiusmodi præceptum extare, & ita est reuera sentiendum: nam certè qui secus opinantur, nulla firma ratione nituntur. Nauarr. in *Man. cap. 21. numer. 7.*

Decimoquinto quæritur, An si non sit alius Sacerdos, qui rem diuinam facere possit, nisi notorius Clericus percussor, aut is, qui est nominatim denunciatus tanquam excommunicatus, interdictus, aut suspensus, audire debeamus in Diebus Dominicis, & festis presbyterum notorium Clerici percussorem, aut excommunicatum, interdictum, vel suspensum, & nominatim denunciatum, & sacris operantem. Quæstio inde mouetur, quòd in hoc euentu, & casu, quo Ecclesia præcepta sibi inuicem occurrunt, vnum, de re diuina audienda, alterum, de vitandis excommunicatis, interdictis, aut suspensis, & nominatim denunciatis. *Respondeo*, liberos nos tunc esse ab audiendo sacro, quoniam arctioris est vinculi præceptum de vitando excommunicatorum consortio, & conuictu, quam præceptum de sacro audiendo, eo quod id iubeat Ecclesia ob communem eorum salutem, nempe vt hac pœna citius resipiscant & vt ad bonam vitæ frugem, vel pudore reuocentur.

Decimosexto quæritur, An fas sit audire rem diuinam cum Sacerdos, qui eam facit, notoriè concubinam habet? Finge Titium Sacerdotem concubinarium notorium esse, & sacris nihilominus operari. *Quæritur*, an liceat nobis audire rem diuinam cum is Sacerdos sacris operatur. *Respondeo*, *dist. 32. cap. Nullus*, Nicolaum Secundum ita scripsisse. *Nullus Missam audiat Presbyteri, quem scit concubinam indubitanter habere, aut subintroductam mulierem.* Et cap. sequenti, *Præter hoc*, Alexander Secundus constituit: *Præcipiendo mandamus, vt nullus Missam audiat Presbyteri, quem scit concubinam habere indubitanter.* Hæc iura confirmata sunt à Lucio Tertio cap. *Nestra*, de *Cohabitat. Cleric. & mulier.* vbi ait: *Sine dubitatione teneatis, quòd à Clericis, & Presbyteris, quancumque fornicarijs, quandiu tolerantur, nec habent operis euidenciam licite diuina mysteria audiantur.* Et à Gregorio Nono, in cap. *Quæstio est*, de *cohabit. Clericorum, & mulierum*, vbi sic est. *Quæsitum est de Clericis in fornicatione prolapsis, si eorum sit officium, priusquam penuerint, audiendum, verum suspensi non sunt quantum ad malos, nisi peccatum eiusmodi sit notorium per sententiam, seu propriam confessionem factam in iudicio, aut per euidenciam rei, quæ aliqua tergiversatione celari non potest.*

Hoc iure constituto, sunt dua, vel tres quæstiones: Prima, An huiusmodi Sacerdos, in sacris, & diuinis esset omnino vitandus ante Constantiense Concilium? De hac re olim duæ fuerunt opinionones; nam quidam asserabant, eiusmodi Sacerdotem esse quidem vitandum, si crimen eius erat notorium per sententiam iudicis, vel propriam confessionem in iudicio; ac si tantum erat noto-

rium per euidenciam facti, non esse vitandum donec criminis condemnaretur, aut tanquam suspensus arceretur à sacris, aut legitime monitus non resipisset. Contra sentiebant alij, eum esse vitandum statim, atque delictum erat notorium per euidenciam facti. Et certè horum opinio magis cum iure supra citato conueniebat. *Secunda Quæstio est*, An eiusmodi Sacerdos sit vitandus in sacris post Constantiense Concilium tanquam ipso iure suspensus? Qui sentiunt, etiam post Constantiense Concilium vitanda esse duo genera excommunicatorum, & suspensorum, videlicet eorum qui sunt notorij excommunicati, aut suspensi, & eorum, qui sunt tanquam tales nominatim denunciati; similiter sentient eiusmodi Sacerdotem esse vitandum, quando eius crimen est notorium per euidenciam facti, cum sit ipso iure suspensus. At verò, quoniam, vt alio loco dicemus, verior est sententia eorum, qui arbitrantur, post Constantiense Concilium tantum esse vitandos excommunicatos, & suspensos, qui sunt vel nominatim denunciati, vel notorij Clerici percussores: Consequens est, vt verius multo sit, quem dixi Sacerdotem, quamuis peccatum eius sit per euidenciam facti notorium, non esse vitandum, etiam in sacris, donec tanquam ipso iure suspensus denunciatur nominatim: fas ergo nobis est, eum audire sacris operantem, Syluest. *verbo concubinarius, numer. 4.* Angelus *eodem verbo numer. 2.* *verbo Clericus. 8. numer. 2.* Nec mireris, Nauarrum obscure hanc quæstionem tractantem in *Manual. cap. 25. numer. 77.* & 78. quoniam ipse primam esse sententiam secutus, & ideo in ea opinione videtur esse, vt putet omnino vitandum, quando delictum eius est euidencia facti notorium. *Tertia quæstio est*, Num liceat nobis prædictum Presbyterum inuitare, vt rem diuinam faciat si talis Sacerdos non sit, qui commodè sacris operari queat? Nauarrus loco citato respondet simpliciter, id nobis non licere facere, quoniam est iure suspensus, & nos perperam faceremus vna cum eo, si ipsum inuitaremus: ipse enim sacris operando delinquit. *Verius autem est*, vt docet Scotus, 4. *dist. 1. quæstio. 5. artic. 6. conclusio. 6.* id licere facere, si ipse paratus sit ad rem diuinam faciendam, aut si ratione sui muneris, & officij sacrificare, & immolare debeat, vt potè cui est animarum cura commissa, aut si nos lege aliqua vel præcepto debeamus rem diuinam audire: eum enim iure nostro vitamus dum petimus ab eo, vt sacris operetur, nec rem per se malam postulamus. Alioquin verò nobis non licet eum inuitare ad sacrificandum. Si roges, quando nam Sacerdos notoriè concubinam habere intelligatur? *Respondeo* quando eam domi habet, & vna cum ea habitat, & ea tanquam vxore familiariter vititur. *Sed cur tam seuerè Ecclesia vitet nobis, ne Sacerdotem concubinam notoriè habentem, & ad altare rem diuinam facientem audiamus?* *Respondeo* causam fuisse, vt conitat ex Sigonio *lib. 9. de regno Italie*, & Sigeberto, & Martian. Scoto in *Chronica*, ann. 1075. temporibus Nicolai Secundi, & Alexandri Secundi adeo sacri altaris ministri libidini indulgebant, vt permitterentur impunè concubinis, tanquam vxoribus vitari: immò putarent, liberè posse vxores se ducere

in matris.

in matrimonium. Ei ideo Nicolaus Secundus primum in Concilio centū tredecim Episcoporum, & postea, Alexander Secundus in alio Concilio lege sanxerunt, ne quis eos sacros operantes auderet. Cautē, & prudenter legatur, quod scribit Sigebertus Monachus in Chron. ann. 1074. cum ait. Gregorius VII. vixoratos Sacerdotes à diuino officio remouit, & Laicos Missam eorum audire in eisdem nouo exemplis, & in multis visum est inconsiderato iudicio contra SS. Patrum sententiam. Sic ille. Sed certe primum Nicolaus II. & deinde Alexand. II. id ante staterant, & Greg. VII. antecessorum Pontificum vestigia secutus confirmauit iustus de causis, vt ab eo peccati genere sacros homines detererent.

Cap. VIII.

DE SECUNDO ECCLESIAE
PRAECEPTO,

Quo statutis certisque diebus ieiunium
obseruare debemus.

DE ieiunio tractat Sanctus Thomas secunda secunda q. 147. Theologi in Quarto, Distinctione 15. q. 3. ibidem Durand. q. 9. 10. & 11. Palud. q. 4. Maior. q. 3. 4. 5. & 6. Gabriel in 4. dist. 16. q. 13. Medina Tract. de ieiunio per 13. quæstiones, Couarruias lib. 4. variarum resolutionum cap. 20. Antonin. Part. 2. Tit. 6. cap. 2. Nauarr. in Manuali cap. 21. num. 11. & sequentibus. Gloss. Dist. 76. cap. 1. vltimum, & Tit. de obseru. ieiunio. & ibi Doctores. Summistæ verbo ieiunium.

Ne seorsum de Ecclesie præceptis agerem, visum mihi est, ea omnia hunc in locum redigere, vt eorum singula ad præsentem librum reuocentur, quoniam duobus superioribus libris de legibus tractauit: tamen si iuxta aliorum sententiam eadē tertium Decalogi præceptum comode referantur, quare sequitur, vt de ieiunio ab Ecclesia iudicio disputē sicut hæcenus disserui de Missæ sacrificio, quod iubente Ecclesia, diebus Dominicis, ac festis audire nos oportet. Est igitur secundum Ecclesie præceptū, vt certis quibusdam diebus ieiunium seruemus: sciendum est, in ieiunio quædam ciborum genera subtrahi. est autem ieiunium duplex vt docet S. Tho. 2. 2. q. 147. art. 6. ad 2. ynam, quod dicitur Naturæ, alterū Ecclesie. Primum est, quo tum à potu tum à cibo abstinemus. Iseum ieiunium est, & dicitur, qui nihil prorsus bibit, vel edit, quale ieiunium Ecclesie etiam præcepto requiritur ad consuetudinem Christi corpus, idemque suscipiendum. Ecclesie verò ieiunium est, quo non à portione, sed à cibo abstinemus: nec à cibo quidem in vniuersum, sed ab eo, qui tanquam cibus capitur, non tanquam medicamentum. Nec enim ieiunium Ecclesie soluit, qui medicamentum tuendæ incommode valetudinis gratia sumit, S. Thomas loco citato. Deinde est animaduertendum ieiunium, esse opus, & officium virtutis, quæ dicitur Abstinencia. Et duplex est huiusmodi ieiunium, ynam iuris naturalis, quod ratio nempe naturalis præscribit, quo corpori eam subtrahimus, vt animo imperanti commodius obtemperet, ac vt libidinis impetus refrænetur. Hoc ieiunium, nec numerum epulacionum, nec ciborum qualitatem, aut quantita-

tem, nec edendi certum definitumque tempus continet, sed prout ratio ipsa determinat. Alterum verò ieiunium est, quod iure aliquo scripto, vel voti religione, aut alterius iussu, & imperio, aut sponte, & voluntate suscipitur. His ita constitutis: Primum Quæritur quid nomine, ieiunium, intelligatur? Goss. ex quo cæteri Summistæ & can. iuris Interpretes acceperunt definit sic? Ieiunium est prandij, & post cenam cuiuslibet cibi subtractio vsq; ad diem sequentem; & abstinencia à carnibus, & ab ijs que à carnibus originem trahunt, vt à lacte, castoreo, & ouis. Sic ille. Definuit ieiunium, quod suscipitur in quadraginta diebus proximè ante Pascha, iuxta ea, quæ de hoc ieiunio dicuntur in c. Denique dist. 4. Dixit: Subtractio prandij, & post cenam, quia in diebus ieiuniorum, non pranditur, sed cenatur, vt colligitur ex c. litteras, de Tempor. Ord.

Secundo quæritur, An ieiunij Ecclesiastici præceptum ita seruari debeat, vt qui illud soluerint, se lethali peccato comaculent? Caietanus in summa, ieiunium cap. 4. & 2. 2. q. 146. art. 3. dub. 2. negat ex Canonico iure colligi huiusmodi legem: ita nos tenere, & obstringere, vt lethalem culpā contrahamus: sed solum, ut ex communi Doctōrū consensione, & Populi Christiani consuetudine intelligi, in lethale peccatum incurrere eum, qui hoc præceptum non seruat. Alij verò, è quibus est Ioan. Fontanus, vt aiunt Archidiaconus cap. vnum Orarium, Dist. 25. §. Alias ea demū, & Geminiatus ibidem, cuius sententiam nec probant, nec improbant, censent, solum eos lethali peccato se obstringere, qui præceptū ieiunij per contemptum præmittunt, si ante solitam horam comedant, cæteros vero non item. Sed de hac sententia dicam inferius. Contemptum verò accipiunt expressum vel tacitum. Verum quis sit tacitus contemptus, non eodem modo explicant Auctores. Quidam, vt Richardus quodlibet. 1. q. 19. Angelus verbo modestiæ, principio, Tacitum vocant contemptum, quo quis assuetudine quadam, & vsu frequenti præceptum omittit: Nemo enim, inquit, si frequenter ieiunium soluit, quin aliquando illud per contemptum infringat, ac violat. Calderi. Decision. 1. de Consiu. generatim Contemptum, tacitum vocat, cum quis solo arbitratu, & nutu legem, vel Canonem violat: non tamen si præmittat aliqua negligentia, cupiditate, aliaue animi affectione. ac si dicere: Is contemnit legem, vel Canonem tacite, qui malitia, siue certa electione, non infirmitate, vel affectione animi constitutionem perfringit. Alij contemptum tacitum appellat, quo quis absque iusta, & legitima causa, quod deberet seruare, ieiunium soluit: quæ mihi sententia magis probatur, & colligi videtur ex cap. ieiunia, de Consecrat. dist. 5.

Ex communi itaque opinione Theologorum, & Canonici iuris interpretum, & Summistarum, ieiunij lege, & præcepto ita tenemur, vt si illud absque legitima causa soluamus, lethali peccato obstringamur. Sic concludit Panormitanus in Rubrica de obseru. ieiuniorum num. 11. ex Archidiacono dist. 76. cap. 1. vltimum, & Glossa dist. 25. cap. vnum orarium §. Alias ea demum, ver. Ieiuniorum. Sic Gabriel in 4. dist. 16. q. 3. art. 1. nota. 3. Palud. ibidem q. 4. art. 1. Et cæteri. Et Armilla ieiunium num. 7. testatur, hanc esse communem Doctōrum sententiam, & Co-

Narrus dixisse mihi videntur: quamuis id etiam eos negasse alij putent. Atque hæc quidem cõrouerſia non in eo cõſiſtit, An ea mutua prandij & reſtitiuncula mutatio ſine peccato fiat, cum iuſta & legitima ſubſtãtia eius faciendę, & cum ſuperioris auctoritate ſit: nullus enim de hac re meritõ vnquam dubitauit. An iuſta ſcilicet auctoritate, & ex cauſa poſſemus ea vti tuta conſcientia. Quare cum quis ob negotiorum magnitudinẽ, ac multitudinẽ prandium differre cogitur, non peccat ſi ſis quidẽ ad meridiem, vel ſub meridiem ſuperioris auctoritate, cibi aliquid capiat, ne toto die ieiunus cũ graui damno valetudinis permaneat. *Querimus* ergo, an ea mutatio etiam citra vllam neceſſitatem facta, ieiunium ſoluat? *Quidam* affirmant, eo quod veſpertina reſtitiunculam non ius, ſed conſuetudo excuſet: ſed contra ius introducta conſuetudo reſtricta eſt, non laxanda: ergo veſpertina tantum, non alia excuſatur. At quibusdam alijs veriſimile apparet, ea mutatione ieiunium minimẽ ſolui, cum nihil ea nec ex toto, nec ex parte ſubſtantiam ieiunij ſoluat. Nam ieiunium, vt nunc de more ſeruat in Eccleſia, vnum prandium cum vna reſtitiuncula continet: at ſi ea reſtitiuncula ad meridiem, vel ſub meridiem ſumatur, dilatato ad noctem, vel veſperam prandio, ſolum tempus, non ſubſtantia ieiunij mutatur: ſi verõ longẽ ante meridiem ſumeretur, ſine dubio ſolueretur ieiunij lex, cum non ſolum tempus, ſed & ſubſtantia, videlicet quam lex ieiunij Eccleſiaſtici poſtulat, mutaretur. ſubſtantia enim ieiunij Eccleſiaſtici ſecundum Canones requirit, vt nihil in cibum ante horam conſuetam, & debitam capiatur. Ceterum prima ſententia tucior & verior mihi videtur, quamuis aliquorum iudicio hæc ſecunda probabilis eſſe videatur, & auctorem habeant Iosephum Angles *de ieiunio* q. 9. *art. 2. difficultate quinta.*

Septimo queritur, An dum reſtitiuncula veſpertina de more ſumitur, liceat pane vti, & veſci. *Quidam* negant ſed ſolum paucis fructibus arborum vel herbis volunt eſſe vitendum, aut alijs leuiſculis cibõrum generibus: quod eiufmodi cibi & parum nutriant, nec tam ad nutriendam, quam ad excitandã cibi appetitionem, vel ad ſitim extinguendam ſumi ſoleant: & ideo ante vel poſt coenam aut prandium capiuntur. Panis verõ ſumitur poſtiſſimum ad nutriendum, & famem ſedandam: quare ſumendus non eſt, niſi vbi fructus deſuerint, vel ſoli nocuerint: verum, teſtibus Nauarro in *Mannali* cap. 21. num. 13. Armill. *Teiunium* num. 1. Caiet. in *Sum. Teiunium* c. 1. communi iam vſu receptum eſt, vt parum panis etiam edatur, vel ſeorſum ſolum, vel vna cum fructibus, herbis, vel alijs cibis leuioribus, cuiufmodi ſunt ſi. e. vna paſſa, nuceſ, pira, poma, vel alia ex ſaccharo, vel melle conſecta, vel piſciulus parvulus: nam conſuetudini eſt in hac parte ſtandum: quamuis olim fortãſſe ſoli fructus comedi cõperint. Et cum fructus ſoli per ſe ſumpti multis nocerent; panis etiam cõceptus eſt adhiberi. Quiſque id ex his ſumat, quod ſibi eſt vtile. Caietanus in *Summa*: tantum ne modum & morem ſolitum excedat.

Octauo queritur, An veſpertina reſtitiuncula

la certa, & definita cibi quantitate, & qualitate conſtare debeat? *Reſpondeo*, debere; alioqui in coenam tranſiret: quare ſolum edi poſſunt quæ ante vel poſt prandium, aut coenam aliàs ſumi ſolent, quales ſunt fructus arborum, herbæ, & alij quidam fructus leuiorẽs ſumi ſoliti, ea tantum ratione, ne ſtomacho potus officiat, & in quãtitate, quæ modica cenſeatur, qualis eſt panis quantitas quę trium vnciarum, vel quatuor eſt. Vt proinde corruptela ſit, ſi ij cibi ſumantur, qui poſtiſſimum ad nutriendum valent, qualia ſunt legumina, & piſces. Vnde qui ijs, dum reſtitiunculam capit veſperinam, vitur, coenat proculdubio, & ieiunium ſoluit. *Deinde* certa & definita quantitas fructuum, herbarum ve, aut aliorum cibõrum leuiorũ debet eſſe, ita vt modica ſit: quod ſi ſecus fiat, potius coena ad nutriendum erit, & ad famem extinguendam, quam reſtitiuncula ad ſitim ſedandam, & naturam aliqua ex parte ſuſtentandam. Hæc tamen quantitas cibi pro varietate locorum, & perſonarum, maior aliquantulo aut minor eſſe poteſt, ſunt enim regiones alia alijs frigidiores, calidiores ſunt, & perſonarum alia prouectioris, & grandioris ætatis, alia infirmioris; alia itidem maiore opera, & labore diurno fatigatæ, alia minore. *Quæres* an tuta conſcientia vti poſſimus duobus, tribuſve fructuum generibus? *Reſpondeo*, ea varietate reſtitiunculam in coenam minimẽ mutari; dummodo tamen parua quantitate vnum quodque eorum fructuum genus conſtet, ita vt duo triuſve genera eam quantitatem non excedant, qua vnum genus conſtaret, ſi vno tantum fructus genere vteremur. *Rogabis* etiam, an pro varietate temporis vel loci citra peccatum, maior minorũ reſtitiuncula ſumi queat? *Reſpondeo*, id aliquando ſine peccato fieri, quando eſt in more communiter recepto poſitum. Nam in peruiſigilio Natalis dominici vbique fere eſt conſuetudine introductum, vt duplo maior ſolito reſtitiuncula ſit: ea autem conſuetudo induci cõcepta eſt in Eccleſia, quia omnes ea nocte vigilabant, & in templo Diuinis officijs intererant. *Idem* inriſ eſt de peruiſigilio Paſchatis, vbi fuerit vſu communi receptum, vt reſtitiuncula tunc paulõ maior ſolito ſumatur. Et teſte Maiore. 4. d. 15. *quaſtion. 5.* Britanni maiore reſtitiuncula vti ſolent, quam Galli. *Quæres* inſuper, an liceat aliquid iurulentũ ſorbendo ſumere loco reſtitiunculæ veſperinæ? *Reſpondeo*, fas eſſe ſumere, dummodo inſeculum cum aliquo cibo in diebus ieiuniorum viteto coctum nõ ſit, ſed tantum vel cum pane, vel cum fructibus, aut herbis: & dummodo etiam ea reſtitiuncula tam modicẽ, & parẽ ſumatur, vt in coenam non tranſeat; alioqui tranſitura, ſi vna cum ea & alia ſumerentur. Sed *Rogabit* aliquis, num iuſtam habeant viri nobiles exultationem vtentes reſtitiuncula veſpertina maiori ea, qua ceteri vtuntur? *Profecto*, ſi modum non excedant, tutõ vti poſſunt paulõ maiori; tum quia eos conſuetudo exultat; tum etiam quia ſolent eſſe debilitioris valetudinis, & aſſueti delicatioribus, & pluribus epulis. Pari rationẽ in curia Romana, & Pontificia ſolet reſtitiuncula iumi paulõ maior, & eam Caietanus in

Summa, verbo, ieiunium capite primo, non improbat, Armet. ieiunium num. 12. Sic etiam paulo maior est refectiuncula, qua uti solent profani homines, quam sit ea, qua uiuntur Monachi, & reliqui Religiosi viri.

Caput IX.

An ieiuniorum diebus semel tantum comedendum.

Primo queritur, An sic iure cautum, ne in die Ieiunij sepius quam semel tantum modo comedatur. Quidam arbitrantur, id nullo iure esse constitutum, sed tantum consuetudine, & vsu introductum. Innocent. in cap. 1. de Observation. ieiunior. Consuetudine, ait, semel tantum in diebus ieiuniorum, edimus, ubi nihil de iure dixit. Panormitanus in Rubric. de Obseruat. ieiunior. primò videtur asserere id esse iure cautum. Nam in e. Quadragesima de consecra. dist. 5. Dies dominici, inquit, in Quadragesima sunt à ieiunijs subtrahiti: in ceteris verò Quadragesima diebus ieiunium seruamus. Sed hæc, ait Panormit. differentia non est, nisi quia in Dominicis diebus nò semel tantum comedimus, cum tamen non alijs cibis, præterquam Quadragenario ieiunio conuenientibus vratur. Ergo in ceteris diebus ideo ieiunium seruamus, quia semel tantum edimus: ac proinde dominici dies in Quadragesima non qualitate ciborum, sed numero epulationum à ceteris feceruntur. Enim uerò hoc Panormitani argumentum, vt Gabriel in 4. dist. 16. quæst. 3. art. 3. dub. 1. animaduertit, satis firmum non est: quia poterat esse horum dierum discrimen, quod in diebus Dominicis Quadragesima liberum fuisset cuique, toties pisces edere, quoties uoluisset, in alijs uerò diebus non item, sed bis tantummodo: aut fortè, quòd tunc uide licet diebus Dominicis carnes ederentur, non autem in alijs diebus. Quare probabilius alij plerique tradiderunt, vt Syluester *verb. Ieiunium quæstio. 3.* expressim quidem iure communi canonico cautum non esse, vt in diebus ieiuniorum semel tantum comedatur; consuetudo tamen, quæ est optima legum interpretis, habet, vt in die ieiunij, prandere non liceat, sed tantum cenare. Quare uerum est id, quod Innocentius, & Abbas annotarunt, vt qui urbanitatis, & honoris gratia cibos præstant dominis ac Principibus ad mensam apponendos, ieiunium non soluant: sicut nec ij, qui necessitatis utilitatisue causa id præstant officium, cum ægrotis inferuiunt: ne cibi illis minus benè & aptè parati ministrentur: Item ij, qui parum cibi capiunt ante prandium, vt inter prandendum interim dum ceteri pascuntur elcis, aliquid de more, intenta, & clara voce legant: potius enim id tantillum ad medendum necessitati, quam ad nutriendum corpus sumitur. Querat aliquis, an qui ex urbanitate quadam, vt non raro euenit, vel rogatus ab amico cibi aliquid capit, ieiunium uolet? Refert Medina in sua *Instrukcione confessor. lib. 1. cap. 14. §. 10.* Franciscum Vigoriam sensisse, absque vilo peccato id fieri posse, cui ipse quoque assensit. Neque quæstio est de eo, qui modicum quid sumit ad se reficiendum, ac proinde cum pro nihilo habeatur, lethalem culpam contrahere minimè creditur: sed queritur

an saltem in ueniam culpam incidat, qui solum amici causa cibum modicum sumit, ne inurbanè esse videatur. Mihi uerius uidetur, cum ueniam culpa minimè liberari, nisi per ignorantiam obligationemue bona fide id faceret. neque enim nulla alioqui est, & legitima peccati excusatio, si causa amici ieiunium ex parte soluas, & pecces leuiter. Palud. in 4. d. 15. q. 4. ar. 2. Et ibidem Richar. q. 3. art. 4. Antonin. 2. Par. tit. 6. cap. 2. §. 6. Caiet. 2. 2. q. 147. art. 3. & in Sum. Ieiunium Syluest. eod. verbo. q. 3. Nauarr. in Man. cap. 21. m. 13. Sed quid de eo iudicandum, qui dum prandet, uocatus ab aliquo, surgit à mensa, & prandium intermitit, ac deinde resumat, ieiunium ne infringit? Respondeo, uicium id prædium iudicari, quoties quis illud intermitit animo, & uoluntate statim resumendi; dummodo tamen magnum, & notabile temporis spatium non sit interiectum. Fit enim intermissio causa negotij subitò occurrentis. Caiet. in summa. ieiunium. cap. 1. Si queras, quanta interruptio temporis impedit, ne uicium epulatio censeatur. Respondeo Mai. 4. d. 15. q. 3. §. contra conclus. id arbitrio boni uiri iudicandum esse. habèda est ratio negotij, ob quod interrumpitur prandium, & temporis, & loci, & animi etiam quo à prandio desistimus illud repetitur, aut non amplius ad id rediatur.

Secundò queritur, An qui ieiunij præceptum perumpit, eo quod secundò comedat, toties deinde peccet, quoties eo die post fecendam cibi sumptionem comederit? Idem est ac si queratur, An si tertio, quarto, & quinto edat, denique peccato commaculet? Duæ sunt opinionones, quarum una affirmat, eamque tuetur Ioannes à Neapoli oriundus. Maior. in 4. dist. 15. quæst. 6. Medina *uult. de ieiunio q. 5.* Couarru. lib. 4. varia. resolu. ca. 20. num. 13. quorum prima, & præcipua hæc est ratio, quod ieiunij præceptum inter ea computatur, quæ aliquid fieri prohibent. Nam idem est præcipere, vt semel tantum in die comedas, ac prohibere, ne sepius quam semel edas: sed quæ hoc modo præcepta sunt semper seruari debent. Ergo sicut non solum peccat qui primum furtum, vel adulterium admittit, sed etiam qui secundum, tertium, & sic deinceps: ita etiam non solum legem ieiunij perfringit, qui secundò comedat, sed etiam qui tertio, quarto, & deinceps. Deinde qui post votum perpetuæ continentie matrimonium contrahit, toties peccat, quoties coniugale debitum exigit: & qui certo die se non bibitarum uinum, aut non elurum carnes promittit, toties delinquit, quoties eo die aut uinù bibit, aut carnes edit. Item, sacerdos, qui citra facultatem sibi datam, & iustam causam sepius eodem die rem diuinam facit, tot peccata committit, quot sacrificia post primum facit, & offert. ergo pari etiam ratione toties quis se peccato obstringit, quoties post primam refectiorem, uicitur alia. Postremo sicut lex ieiunij prohibet caribus uelci, sic etiam sepius quam semel edere: ergo quemadmodum toties legem ieiunij labefaciat, quoties quis in Quadragenarij ieiunij die carnes edit, aut oua, butyrum, aut caseum: eodem modo toties quis ieiunium soluit, quoties comedit postquam semel corpus cibo refecit.

Secunda sententia docet ieiunium minimè uiolari, nisi cum secundò quis edit. Sic Durandus

in 4. dist. 15. q. 11. Palud. ibidem q. 4. art. 5. Gabriel in 4. dist. 16. q. 3. ar. 3. dab. 5. Caiet. secunda secunda, quest. 146. ar. 5. Angel. Ieiunium q. 22. Sylu. ieiunium quest. 8. vers. quartum. Rosel. Ieiunium num. 4. Tabien. Ieiunium q. 9. ex Antonino Part. 2. tit. 6. cap. 2. §. 9. Sic Armil. Ieiunium nu. 14. Nauar. co. 21. nu. 15. quam sententiam his illi argumentis confirmant. Primum est: Si cui præceptum esset, ne vas aliquod frangeret, aut ne præfixam metam transfileret: vbi vas semel confregit, aut præfixam sibi transferit metam, eodem recidit, an in multas partes cominuat, an in paucas: multis passibus ne, an paucis limitè constitutum præteruolet. At qui secundò edit, & qui vas semel frangit, amplius ieiunium, aut vas integram seruare non potest, ergo etiam si tertio, & quartò comedat quis, minimè ieiunium soluit. Deinde ieiunij lex poenam continet, at eiusmodi leges restringi solent in iure, & mitius intelligi, & explicari, ergo vis illius legis ad quam libet cibi sumptionem protendenda non est. Præterea, si Titio præceptum datum esset, ne Caium percuteret, certa poena constituta nisi pareret, is eam vnam semel tantum poenam bibere cogeretur, etiam si secundò, tertio, & quartò percuteret. Et si duo, §. vlt. ff. de Arbitris. Qui promisit se sententia arbitri obtemperaturum, certa poena irrogata, si non pareat, primò non obtemperans, in poenam incidit, non amplius. Ad extremum, cum Ecclesia præcipit, ne in ieiunij die amplius quam semel edamus, nihil aliud præcipere creditur, nisi, ne bis comedamus; perinde ac si Titio præceptum esset, ne certum potem, vno passu transfileret, peccaret quidem primo passu, non tamen secundo, aut tertio iterum transfiliens. Sunt qui huius conuentionis solutionem petunt ex legislatoris mente, non ex argumentis peti oportere. Si Ecclesia, inquit, cum ieiunium indicit, prohibet non solum secundam, sed tertiam etiam & quartam cibi sumptionem, tunc alia quælibet à secunda, culpæ tribuitur. Si verò id vnum à nobis Ecclesia requirat, vt semel tantum comedamus, secunda cibi sumptio sola est in vitio, & in culpa. Ceterum id est, quod nos quaerimus: nam de Legislatoris mente disquiritur, num hoc, num illud voluerit, cum præcipit, vt in die ieiunij semel, non sepius comedamus.

Ego probabiliorē iudico secundam sententiam, tum quia benignior & mitior est, tum quod magis communi consuetudini consentanea esse videatur. Nemo enim, dum se violasse legem ieiunij cõfiteretur, apud sacerdotem, interrogari solet, ut ne, an quater, an bis tantum illo die cibum sumperit; cum tamen alioqui perquirendum foret, si singule corporis refectiones culpæ, & vitio tribuerentur.

Argumenta verò oppositæ opinionis facili negotio diluuntur. Etenim præcepta Decalogi, quæ aliquid fieri prohibent, id vetant quod est per se malum: quare toties peccatur, quoties id mali committitur. Rursus votum non bibendi vinum, vel non accedendi ad foeminam, & præceptum non amplius quam semel in die sacrificandi Deo, absolute & simpliciter negationem continet: at ieiunij præceptum in die semel tantum edendi, negationem quidem habet, non simpliciter, sed finitam & certam, ne scilicet bis comedamus.

Tertio queritur, An qui est lege ieiunij per Pontificis priuilegium ex parte solutus, nimirum, vt in die ieiunij amplius quam semel comedat, eo ipso sit ex toto solutus lege ieiunij, ita vt tuta conscientia possit sepius quam bis edere cibos, quibus vti solemus in ieiuniorum diebus. Duplex est opinio, vna affirmat, altera negat. Primam sequuntur Caietanus 2.2. quest. 146. art. 7. versicul. in eodem articulo, in responsione ad vltimum. Nauar. in Man. cap. 21. num. 22. & alij, qui, vt vidimus in superiori quaestione, tradiderunt in secunda tantum cibi sumptione peccatum admitti, non in alijs. Quo fit, vt si Titio sit priuilegium datum, vt in die ieiunij bis edat, eo ipso sit ei liberum tertio, quarto, & sepius, si voluerit, comedere. Medina verò Trañ. de Ieiunio quest. 5. & alij secunda opinionis auctores, qui senserunt, non solum secunda cibi sumptione, sed etiam tertia, & quarta ieiunium violari, censent quoque, si cui sit concessa facultas amplius quidem, quam semel edendi, posse quidem tuta conscientia secundò comedere, non tamen tertio, & quarto, & quoties voluerit: quoniam tamen beneficio Pontificis bis comedere queat, adhuc tamen potest ieiunium seruare, à cibus tertio abstinendo. Sciendum est, vnam esse omnium sententiam, si cui potestas à Romano Pontifice facta sit, sepius quam semel edendi in die Quadragenarij ieiunij, non continuò illi esse concessum, vt carnibus vescatur, aut ouis, & alijs, quæ originem trahunt à carnibus: & proinde talis solutus est lege ieiunij, quod attinet ad numerum epulationum, non quòd ad qualitatem ciborum. Nam similiter in diebus Dominicis Quadragesimæ prandemus, & cœnamus, at non nisi piscibus vtimur. Eodem quoque tempore rustici ac ceteri opifices laborantes, iure bis aut ter quotidie comedunt, sed non nisi cibos iure permisso. Quæstio igitur in eo versatur, An qui auctoritate Pontificij priuilegium potest tantum semel edere, videlicet cibos iure concessos, possit eo ipso ter, & quater absque vlla ieiunij violatione comedere? Et in hoc præfatæ sententiæ dissentiant. Et prima videtur esse probabilior, quia, vt superiori quaestione iam dixi, verisimilius opinantur, qui censent ieiunij legem secunda tantum cibi, scilicet piscium sumptione violari, non tertia. Et communis vsus hoc habet, vt is, cui conceditur legitima auctoritate, vt possit amplius quam semel cibos iure permisso edere, intelligatur ieiunij præcepto solutus, hoc sensu, vt etiam tertio, & quarto eidem cibis vti queat, dummodo non vescatur escis in diebus quadragenarij ieiunij prohibitis: vnde qui die Dominico ter, aut quater comederet pisces, contra ieiunij legem non ageret. Sic etiam opifices, qui ob laborem diurnum ieiunij lege, & præcepto liberi ac soluti sunt, quamuis ter, aut quater piscibus vescantur, nihil contra ieiunij mandatum faciunt: ergo quamuis piscibus vescantur, si tamen prandemus, & cœnamus, ieiunium non agimus, alioqui enim ieiunium etiam in diebus Dominicis seruare diceremur,
in quibus bis pisces
edimus.
(:)

Caput X.

De genere, & qualitate ciborum, quibus in Ieiuniorum diebus uti licet.

Primo queritur, An solùm carnes Ecclesiastico præcepto in diebus ieiuniorum prohibeantur, An verò etiam lac, butyrum, caseus, & ova, ac cætera, quæ ex carnibus originem trahunt? **R**espondeo, ex communi omnium sententia in ieiunio Quadragesimæ carniùm, & ceterorum ex carne originem ducentium, vsum nobis interdicti. Nam *cap. Denique dist. 4.* Gregorius scribens Augustino Anglorum Episcopo sic ait: *Par autem est, ut nos, qui his diebus à carnibus animalium abstinemus, ab omnibus quoque, quæ sementinam trahunt originem carnis, ieiunemus, à lacte videlicet, caseo, & ovis.* Hæc ibi item, cum Quadragesimæ tempore Christiani in Armenia, sabbatis, & Dominicis diebus vescerentur ovis, & butyro; Sexta Synodus Constantinopolitana sub Imperatore Iustiniano celebrata in Trullo, lege sanxit in *Canone 56.* Ut si quis ova, caseum, aut butyrum comidisset, quæ sunt foetus, & fructus eorum, à quibus abstinemus in Quadragesima, Clericus deponeretur, & laicus à communione arceretur. In ceteris ieiuniorum diebus lege cautum est ne carnes edantur: sed nihil est expressum cõstitutum de ijs cibis, qui ducunt originem ex carne; quare in his, mos gentis, civitatis, vel populi servari debet. In quibusdam enim locis de more butyrum editur; in alijs, lac, & ova; in quibusdam tum ab his, tum à carnibus abstinetur. *S. Thomas secunda secunda, quæst. 147. ar. 8.* ad tertium cuius sententia est communi consensu recepta. *Palud. in 4. dist. 15. q. 4. ar. 4. R. char. 4. dist. 15. q. 3. q. 5. & 7.* Duran. in 4. dist. 15. q. 9. Angelus Ieiunium nu. 5. Sylvest. ead. verb. quæst. 5. Ergo iuxta communem sententiam in alijs ieiuniorum diebus, præterquam ieiunij quadragenarij, iure communi permittitur vsum ouorum, lactis, casei, nisi cõtrarium cõsuetudo gentis, vel populi servet. Male Abbas in *Rubri. de observat. ieiunio.* teste Covarruvia lib. 4. *variarum resolu. ca. 20. nu. 15.* ad finem, hanc communem sententiam interpretatur, cum ait. In alijs ieiuniorum diebus posse nos uti his cibis, si id fuerit vsum receptum quasi tunc etiam hi cibi iure veterentur.

Secundò queritur, An eo ipso quod Canone aut lege interdicitur alicui esus carniùm, intelligatur esse prohibitus esus lactis, ouorum, butyri, & ceterorum, quæ à carne originem trahunt? **Q**uidam aiunt esse prohibitum. Sic Covar. *lib. 4. varia. resolu. cap. 20. num. 15.* & alij: quod probant ex *cap. Denique distinctio. 4.* & *cap. presbyter distinctio. 82.* ubi ex hoc, quod prohibetur vsum carniùm, colligitur prohiberi vsum ouorum, lactis, & aliorum huiusmodi. Alij contra negant, è quibus est Paludanus in 4. *distinctio. 15. quæst. 4. art. 4. concl. 2.* inde comprobantes; Primum, quòd feria sexta, & Sabbato per annum interdictus est vsum carniùm, non tamen ouorum, & lactis. Deinde in pervigilijs Apostolorum, & Quatuor ieiuniorum Temporibus prohibitus est esus carniùm, non tamen aliorum ciborum: & vsum, & more multis in locis ac prouincijs ova, butyrum, & alia similia comeduntur.

Accedit, quod poenæ legibus irrogatè restringi debent. Adde his, quod si, quod maius est, lex prohibet, non continuo sequitur, ut veteretiam quod minus est, nisi id expresserit, ut expressum est in *c. Denique dist. 4.* & *c. Presbyter, dist. 82.* Fortassis, quidam iniquunt, hæc duæ sententiæ non ineptè conciliari queunt: Et prima locum habet, ut quando esus carniùm est lege aut Canone interdictus, sit quoque prohibitus esus ouorum, & similiùm: nisi vsum & more, esus ouorum, & aliorum huiusmodi permittatur, ut permittitur in feria sexta & sabbato, & in pervigilijs Apostolorum. Quando verò esus carniùm solùm consuetudine prohibetur, non eo ipso prohibitus est esus ouorum, & similiùm: nam consuetudo vnum veteret, aliud non itè. Mihi tamen simpliciter, & absolute probabilior videtur opinio secunda, quippe quæ firmitioribus est argumentis, & rationibus suffulta. Si queras, An cui in die ieiunij interdictum est esus ouorum, interdictum intelligatur vsum carniùm. **R**espondeo intelligi. *Sylu. ieiunium q. 10. nu. 27. vnde is, qui votum fecit de ovis non edendis in sexta feria, votum fecisse videtur de abstinendo à carnibus, & proinde licitè nequit carnes edere, cum incidit Dominicus Natalis in sextam feriam, in qua alijs licitum est carnes comedere iuxta id, quod habetur in *cap. vlt. de obseru. ieiun.* Hoc autem locum habet in hunc modum, quando is qui vouit, in animo habebat, se priuare esu carniùm in sexta feria, aut id deliberaffet, si in mentem occurrisset. Secus vere est si solum voluit abstinere se non à carnibus, sed tantum ab ovibus: votum enim nõ extenditur vltra vouentis propositum. **Q**uid indicandum de eo, qui nihil cogitavit, cum vouit, aut non meminit, quid cogitauerit? **R**espondeo, tuto posse nos benigne votum interpretari, & ei dicere, non esse obligatù voto de non edendis carnibus, sed solùm de abstinendo ab ovibus: nam si tale quid memoriam occurrisset, sic solum vouisset. *Sylu. loco citato.* **Q**ueres itidem quid dicendum, cum Titius vouit se certo die ieiunium seruaturum, aut cum ieiunio iussu sacerdotis iniuncto vacare debet, aut ieiunia Romani Pontificis tubilem concedentis auctoritate indicta, obseruanda curat, an continere se debeat non solum à carnibus, sed etiam ab ovibus, lacte, & cæteris, quæ carniùm sunt veluti foetus, & fructus? An potius satis sit, si ab esu carniùm abstinere? **R**espondeo, huiusmodi ieiunia seruari debere eorum ritu, & more, quo iuxta populi, civitatis, vel gentis consuetudinem seruantur Ieiunia cetera Ecclesiastica, quæ in Quatuor Temporibus anni, & in pervigilijs Sanctorum dierum festorum coli, & celebrari solent: probabiliter enim creditur, ea sic iniungi, & imperari iudici, aut voueri & promitti, ut sunt in more posita. Paludanus loco citato ait: Cum imperatum est ieiunium simpliciter, præceptum implet ac seruat, si quis solum à carnibus abstinere.*

Tertiò queritur: An cui est priuilegium concessum siue data facultas consulto medico, ut in die ieiunij carniibus vescatur, eo ipso sit in totum ieiunij lege siue præcepto solutus? **D**uæ sunt opinioniones, vna eorum qui affirmant; Gabrielis in 4. *distinctio. 16. quæst. 3. art. 3. dub. 1. §. De secundo quo frangitur ieiunium, Palacij 4. distinctio. 15. dist. 8. concl. 6. Medix in*

sua Instruct. Confessio. lib. 1. cap. 14. §. 10. Caietani 2. 2. q. 147. art. 7. in responsione ad ultimum dubium, & art. 8. Cordubensis in Sum. casuum q. 142. Et aliorum quorundam iuniorum, eo præcipue intentum argumento, quod subtractio carniū, ad naturam, & rationem ieiunij Ecclesiastici pertinere videatur: ergo si quis carnis vtiatur, ieiunium non seruare. Altera est sententia eorum qui negant, scilicet Medinæ Tract. de Ieiunio q. 5. dub. 1. ad finē, Nauarr. in Manuali c. 21. num. 22. Quorum ratio hæc est: Si cui is cui cõceditur facultas edendi caseum, lac, butyrum, & cetera, quæ cum carne cognitionem habent, lege ieiunij non soluitur; sic etiam si cui cõceditur libera potestas comedendi carnes, adhuc præcepto, siue lege ieiunij tenetur. Quod si quis ab illis, quo pacto is ieiunium seruare possit, ac debeat? Respondent, eum oportere semel tantum carnis vesci; quod si secundo eas edat, soluet ieiunij legem. Quare concludunt, etiam quando cumque sit potestas alicui comedendi carnes extra morbi necessitate urgentem, ob incommodam, & imbecillam valetudinem, vt fieri solet Medici consilio, illa dari videtur, vt semel tantum eas edat. Si roges deinde, quidnam ad naturam & rationem ieiunij Ecclesiastici pertineat? Respondet Caietan. 2. 2. q. 147. artic. 7. vers. In eodem articulo, in responsione ad ultimum, Quatuor ad ieiunium Ecclesiasticum præsertim Quadragenarium attinere; vnicam cibi sumptionem, id est, vt semel tantum edamus; & quod attinet ad certam ciborum qualitatem, vt à carnis scilicet, & ijs quæ originem trahunt à carnis, ouis, lacte, caseo, abstineamus: & quod pertinet ad certam horam edendi, vt ad meridiem, vel sub meridiem, aut post meridiem comedamus. Ex his quatuor, inquit ille, duo prima, nempe vnicam tantum epulatio, & subtractio carniū ad naturam, & rationem ieiunij spectat, & proinde secunda cibi sumptio, aut carniū vsus prolixus ieiunium tollit. Duo verò postrema, reiectio eorum, quæ veniunt ex carnis, & meridiana, aut postmeridiana corporis reiectio; in præcepto quidem ieiunij continentur, sed ad illius naturam, & rationem non pertinent. Et ideo si cui Romanus Pont. potestatem faciat longe ante meridiem edendi, vel ouis, lacte, caseo, & butyro vtendi, ieiunij legem seruare debet: vult dicere, nõ ei liberum est plus quam semel comedere; secus ieiunium violat. Idque Caieta. demonstrat ex eo, quod ieiunij natura, & ratio in aliquo, aut pluribus consistit: alioqui nihil certi statuitur, quod ieiunij natura & rationem constituat, & erit ieiunium res quædam natura & ratione carens, quod dici non potest, & cum hoc vnum, ex quo ieiunij natura constat, non sit subtractio eorū quæ ex carne gignuntur, aut fiunt, nec sit meridiana, aut postmeridiana reiectio corporis: consequitur vt sit vnitatis epulatio, & subtractio carniū. Ceteri tamen auctores, quos nominavi, hæc Caietani sententiam improbant, dicentes id, quod præcepto Ecclesiæ in ieiunio seruari debet, ad naturam quoque & rationem ieiunij pertinere: & ieiunij Ecclesiastici rationem in ijs omnibus consistere, quæ Lex Ecclesiastica præscribit, & seruare iubet. Quæ cum plura sint, conficitur inde, vt si priuilegium concedatur alicui, vt vnum ex illis non seruet,

reliqua seruare debeat. Neque enim qui ab vna lege priuilegio Principis soluitur, ab alijs continuo legibus eximitur: quod si lex plura præscribat, & imperet, non qui liberatur ab vno eorum aliquo, confestim ab alijs excipitur. Postremo, cur magis vnicam tantum cibi sumptio, & reiectio carniū, ieiunij naturam & rationem constituunt, quam subtractio, & depulsio eorum quæ generantur & fiunt ex carnis, & meridiana aut postmeridiana corporis reiectio? siquidem omnia hæc, lex Ecclesiastica præcipit: præsertim cum sit etiam probabilis multorum opinio, vt superius dictum est, si cui libera fiat potestas edendi amplius, quam semel, aut vescendi carnis, non eo ipso datam esse facultatem comedendi quoties vult, nimirum tertio, quarto, ac sæpius.

Arbitror igitur in hac re dicendum, eum, cui auctoritate priuilegij liberum est carnes edere, solum esse lege ieiunij: tum quia tametsi in ieiunio Quadragenario præcipitur, vt abstineamus ab ouis, & alijs quæ originem trahunt à carnis, & ne edendo certam horam anteuertamus, ac ieiunij substantia, & natura in duobus tantum meo iudicio consistit, videlicet, vt abstineamus à carnis, & vt semel tantum edamus: tum etiam quia vsus & consuetudo communis id habere videatur: is enim, cui tale priuilegium hoc est, vsus carniū conceditur, non solum prandere, sed etiam cenare solet: nec cum sua peccata Sacerdoti confitetur, hoc confiteri conueit, quod sæpius quam semel in die ieiunij comederit. Nec tamen idem iuris est in eo, cui libera facultas conceditur edendi ea, quæ ex carne procreantur, aut comedendi ante consuetam horam: nam vsu & consuetudine etiam receptum est, vt is non in totum sit lege ieiunij solutus. Nec enim licet ei carnis vti, siue vesci, nec amplius, quam semel se cibo reficere, nec meridianam horam longius præuenire.

Quarto quaeritur, An cui sit potestas, vt in diebus Quadragenarij oua comedat, turd possit vti caseo, lacte, butyro? Negant quidam eum posse ob eam rationem, quod Principis priuilegium, quando iuri communi derogat, strictius, ac prescius interpretari debemus: ergo cui vnum conceditur, non statim conceditur alterum, quamuis minus sit. quare sit, vt cui liberum est beneficio Principis oua comedere, nec possit caseum, lac, vel butyrum edere, nec ijs vti in apparandis, & comedendis ouis. Et è contrario si cui priuilegium datur, vt caseum, aut butyrum edat, is non potest tuta conscientia oua comedere. Contra alij affirmant: cui data est facultas oua comedendi, posse iure vti caseo, lacte, & butyro, quoniam ex his solent oua apparari. Deinde quia hæc omnia eiusdem penitus videtur esse rationis, cum ea ex carne ducantur originem: ergo cui vnum conceditur, videtur esse alterum quoque concessum. Ita quidam iuniores non inepte ratiocinantur: & propterea illorum opinioni libentius subscribo. Sic Medina in sua Instructio. Confessor. libro primo, capit. 14. §. decimo.

Quinto quaeritur, An cui ex priuilegio licet oua comedere, & alia, quæ carni affinia sunt, iure etiã vnã cum ouis, vti piscibus possit? De hac quaeritur

stione

stione Nauarrus *in primo Consiliorum, de Observat. ieiunij consil. 5. Medina in Instrucl. Confes. libr. 1. capit. 14. §. 10.* Quidam abnuunt, in de potissimum, quod si pisces edit ille, ergo piscium ei usus non officit: quod si non officit, eis vti solum debet, ac proinde nequit, vti facultate, oua, caseum, lac, & butyrum comedendum: eo quod non iusta ex causa sit illi ciborum, qui prohibentur, concessus usus. Nauarr. *de observat. ieiunior. Consil. 5.* fatetur ei fas esse in vno die vesci ouis tantum, & alio die piscibus solis: vel eodem die in prandio vti ouis solum, & ad cenam piscibus, si ei licet sapius in die comedere, sed non simul in eodem prandio, vel cena ei licere oua simul, & pisces edere. Alijs verò visum est, ei licere piscibus, & ouis vesci, quia contingit interdum, vt si quis solum pisces edat, ita vt tota corporis refectio ex solis piscibus constet, sibi noceat: quare per priuilegium pontificium fit ei potestas oua, vel butyrum edendi. Obijciens, si oua comedit, cur vnà cum eis pisces edit? Respondeo, quia potest accedere, vt oua vni integro prandio, vel cenæ non sufficiant, aut quod ea, cum plura comeduntur, fastidit, & respuit stomachus, aut quia modico paucorum pisciculorū esu comedendi appetitus excitatur: ac proinde ad comedendum totum, quod ad vnum prandium, vel cenam requiritur, vna cum ouis nonnulli pisces eduntur. Non video equidem, cur hæc posterior opinio non sit tanquam probabilior præferenda priori, nec eam Nauarrus firmo argumento confutat, cum ita concludit: Aut pisces ei nocent, aut secus: si primum, ergo comedendo peccat: Si secundum, ergo sine iusta causa ei usus ciborum prohibitorum conceditur: Respondeo enim, si pisces nocent, peccat comedendo, non quia legem ieiunij perfringat, sed quia vtatur ei cibo sibi incommo ac minime salubri: quod si ei non officiunt pisces, non peccat, nec vllam legem violat, cum priuilegio suo vtatur, & priuilegium Principis valeat, quando solum suæ legi, non iuri diuino, aut naturali, aut alterius superioris Constitutioni derogat.

SEXTO QUÆRITUR, An carniū usus fuerit semper à ieiunio Ecclesiastico exclusus? Respondeo ex sanctis Patribus, Concilijs, & frequēti Ecclesiæ vsu perspicuè colligere, eos, qui ieiunium Ecclesiasticum seruauerunt, à carnis abstinuisse. Clemens libr. 5. Apostolicarum Constitum. capit. 17. sic ait: A carnis abstinere vos his diebus: Sunt enim dies ieiunij, & non festi: Telephorus Pontifex, vt habemus in ca. Statuimus distinctio. 4. Statuimus, inquit, vt septem hebdomadas plenas ante Sabbatum Pasche à carne Clerici omnes abstineant. Theodoretus in Epitome Diuin. Decret. ita scribit: Ab esu carniū, & ab alijs eiusmodi abstinentiam non simuliter vt Hæretici amplectitur Ecclesia: illi enim ab his tanquam ab immundis abstinendum esse censent, Ecclesia autem nihil horum discreuit. Cyrillus Carthef. 3. Ieiunamus à carnis abstinentes, non quod has odio habeamus, sed quod mercedem expectamus. Augustinus libr. 3. contra Faustian. capit. 5. & serm. 64. de Tempo. Non solum à carnis Christiani, verum etiam à quibusdam terræ fructibus abstinent. Et alibi: Quare enim abstinemus nos à carnis, quibus alijs diebus vti solemus? & reliqua. Basilus Homilia prima de ieiunio. Carnes non edis, sed comedis fratrem tuum. Origenes libro tertio, in Iob. Quando ieiunamus à vino abstinemus nos, vt non gustemus

carne. Theophylactus sermone quinto de Pascha. Nequaquam diebus Quadragesimæ, sicut luxuriosi dicunt solent, carniū edulio delectemur: qui legum præcepta custodiunt, carniū esum repudiā: non decet ieiunantium tempore agnos vesci carnis. Daniel, & tres illi pueri decem ieiuniorum tempore à carnis abstinendam. Chrysostomus homilia secunda in Genesim. Nusquam hodie tam multus, vel elamor, vel carniū concisiones, vel cogitationum discursus. Ambrosius, vel quisquis auctor est eorum Commentariorum, in capit. decimo, Epistola ad Romanos: Sunt quidam, qui quarta feria carniem non edendam statuerunt: Sunt, qui Sabbatis, sunt item, qui à Pascha vsque ad Pentecostem edant, est qui nunquam edat. Eadem hæc disparitas etiam nunc in Ecclesia Dei obtinet: siquidem, quibusdam in locis non modo Sabbato, & Profabbato abstinetur à carnis, verum etiam feria quarta: alibi quod pisces desint, etiam Sabbato aliquis carniū usus conceditur. Nonnulli tota vita non solum à carnis, verum etiam ab ouis se continent. Gregorius Magnus scribens Augustino Anglorum Episcopo, habetur in cap. denique, Distinctione quarta. Par est, vt, qui his diebus à carnis abstinemus, ab omnibus quoque, quæ femini, nam trahunt originem carnis, ieiunemus, à lacte, videlicet, & caseo. Hieronymus libro de officijs priuati, capite quadragesimo quarto. Postquam Christus, qui est principium, & finis apparuit, hoc quod in principio suspenderat, etiam in temporum fine retraxit, loquens per Apostolum suum: Bonum est non manducare carniem. Et iterum: Non quia carnis male sunt, ideo prohibentur, sed quia illarum epulæ luxuriam carnis gignunt: Sunt enim fauces, & nutrimentum omnium vitiorum. Ex sexta Synodo, Canon. Trullanus 76. Accepimus, inquit, in Armenorum regione, & in alijs locis in Sabbato, & Dominica Quadragesimæ oua, & caseum comedere. Vltimum est ergo, vt omnis Dei Ecclesia, quæ est in vniuerso terrarum orbe, hunc ordinem sequens ieiunium perficiat, & abstinat ab ouis, & caseo, quæ quidem sunt fractus, & sunt cornu à quibus abstinemus. Si autem non seruauerint Clerici dependantur, Laici segregentur. Octaua Synodus Toletana sic decernit. Canon. 9. Quisquis sine euitabili necessitate, ac fragilitate, & euidemi languore, seu etiam impossibilitate ætatis, Quadragesimæ diebus esum carniū presumpserit attenuare, non solum rem erit reuocandam Dominicæ, verum etiam alienus ab eiusdem diei sanctæ communionē. Ex his constat, carniū esum in diebus ieiuniorum fuisse omnino prohibitum. Si quæras quid nomine carniū intelligatur. Mei quart. distinctio. decimaquinta, questione tercia, ait nomine carniū intelligi eas, quæ sunt animalium, quæ extra aquam diu naturaliter viuere queunt: pisces dicuntur, qui extra aquam diu naturaliter viuere non possunt, aut carnes intelliguntur, quæ communiter apud Christianos pro carnis habentur. Hinc patet quid iudicandum sit de limace, & cothlea, rana, locusta, testudine.

SEPTIMO QUÆRITUR, An vini usus sit in diebus ieiuniorum lege interdicitus? Consentiens est Theologor. & Canonici iuris interpretum opinio, potionem vini, siue mane ante prandium, siue post prandium vespere ieiunium non solueret, si in modum potus ad extinguendam, siue minuendam sitim sumatur, quamvis etiam plura quæ par sit, & necessitas postulet, vinum bibatur: quoniam contra temperantiam quidem peccati erit

contra ieiunium non item, Ceterum ex Sanctis Patribus quis forsitan obijciat, frequenter asserentibus, in diebus ieiuniorum esse abstinentium a vino, & carnibus. Nam Clemens Romanus libro quinto Constitutionum Apostolicarum, capite decimo septimo, *A vino, inquit, & carnibus abstinete vos his diebus.* Loquitur autem de diebus Quinquagesimae ieiunij. Et Cyrillus Hierosolymitanus. Catechesi 4. *Ieiunamus a vino, & carnibus abstinentes.* Theod. in epistol. diuin. Decret. *abstinemus a vino, & a carnibus, & ab alijs huiusmodi abstinentiam amplectuntur Ecclesia,* Theophilus Alexandrinus sermone quinto de Paschate, *Nequaquam diebus quinquagesimae vini potumque sustinemus.* Daniel, & tres illi pueri docent, ieiuniorum tempore a vino, & carnibus abstinentium, sumere de terra semina, & potandum aquam, quibus comitibus nititur pudicitia. Origenes libro tertio in Iob. *Quando ieiunamus, nec gustamus carnem, nec vinum.* Basilus homilia prima de ieiunio tractans: *Carnes, inquit, non edis, a vino abstinentes, sed ab iniurijs tibi non temperas.* Augustinus serm. 64. de tempor. *Qui abstinent a carnibus, quibus alijs diebus vii licet, & qui abstinent a vino, quo moderatè vi licet. Quis ergo ista vitamus, que aliquando licent? Tu prima peccata fugiamus que omnino nunquam licent, Athanasius quoque in vita sancti Antonij, hæc de illo refert: *Sanctus panem, & sal, potumque aquam: de carnibus vero a vino melius tacere puto, quam quicquam loqui: quoniam nec apud plurimos quidem Monachos istiusmodi esse in vniuersis habentur.* Immo Philo Iudæus lib. de vita cõtemplatiua, vt refert Euseb. lib. 2. *Eccles. hist. cap. 36.* describens Alecticorum Alexandrinorum vitam, qui Marti Euangelistæ ætate in vrbe Alexandria vivebant, non solum a carne, & ceteris que a carne originem trahunt, sese illos continuisse testatur, sed etiam a vino: *Potum, inquit, erat illis sola aqua, abstinent autem panis cum sale, & hyssopo.* Iosephus autem lib. 2. de bello Iudæico, cap. 7. tria describit dogmata Iudæorum, quorum alij Pharisei, alij Sadducæi, alij Essæi, siue Esseni dicebantur, & hos postremos (similiter vt Philo ille) mirificè cõmendat, quod & vxoribus, & vino, & carnibus semper abstinereat, & quotidianum ieiunium in naturam conuerterent. Hieronymus lib. 2. contra Iovinian. antiquorum Aegypti Sacerdotum scribit fuisse ieiunia, in quibus a carnibus, & vino sese continebant. Clem. Rom. lib. 5. *Constit. Apostolic. c. 19.* diebus ieiuniorum solum panem, sale, & oleribus vii concedit, & cap. 21. scripturæ testimonij probat abstinentium esse a carnibus, & vino.*

Certe negari non potest consueta veterum Christianorum ieiunia carniu vlu, & vini potu caruisse: & hoc est quod Patrè, quæ attulimus testimonia docent. Quare non miror, quod Alexander docuerit p. 4. m. 8. art. 1. §. 3. vini potionem præsertim ante prandium, ieiunium soluere. Et Richard. in 4. dist. 15. a. 3. q. 7. Antonin. 2. part. in. 6. c. 2. §. 9. & Roell. ieiunium nu. 5. dixerint, vinum, si ad nutriendum, & præsertim mane ad famem extinguendam sumatur, in fraudem ieiunij esse. At vero in more positum est, vt in diebus ieiuniorum, piscibus, herbis, leguminibus, & fructibus & vino similiter vitantur: & omnes communi consensu testantur, id quod solum in potum, non in cibum sumitur, cuiusmodi vinum etiam est, ieiunium minime relaxare. Quæres, an sine peccato inter-

ditu ante potum, qui necessitate ad extinguendam, sed ad animè scim adhibeatur, parum cibi sumatur, ne stomacho solus potus noceat? Syluester id concedit, dummodo tamen cibus non sit panis, herba, arboris fructus, sed exigua medicamenti portio, siue fructum.

Sciendum quoque est, potum, qui in cibum pariter sumitur, esse in die ieiunij prohibitum, qualia sunt quædam pocula, quibus est cibus admixtus, & quæ potissimum nutriunt. Palud. in 4. distinction. 15. question. 4. articulo. 4. conclus. 3. *Rosel. in verb. ieiunium. nu. 3.* & Tabiena, eodem verbo, numero vigesimo quarto. At vinum, inquit, etiam ipsum nutrit. Verum est, nutrire quidem aliquantulum: sed non sumitur præcipue ad nutriendum, sed ad scim leuandam, & ideo non in cibum, sed in potum adhibetur.

Octauò quæritur, An illis diebus, quibus licet comedere oua, & caseum, liceat etiam vesci sagimine siue lardo vt vocant. *Glof. in ca. Presbyter, dist. 82. in verbo, sagimine,* affirmat, immò addit etiam Hostiens. in sum. de obseru. ieiuniorum. Cui conceditur vsus ouorum, & casei, intelligitur cõcessum vt possit vti sagimine, & sic, inquit, vtuntur Cluniacenses Monachi, sed Cistercienses, & quidam alij religiosi contrarium seruant. Sic ille, ita etiam Abbas in ca. consulti. de iud. & Syluest. ieiunium. quest. 5. num. 6.

Caput XI.

Quot a diei hora in ieiuniorum temporibus edendum sit.

PRIMO quæritur, An ieiunium Ecclesiasticum, ac prænitam horâ deponat, in qua iure ipso comedere potissimum respondet, deponere, & a certa huiusmodi hora ieiunium appellatiuè habere. Nam dicimur vsq; ad sextâ, vel nonam horam, vel vesperam, vel vsq; ad nocte ieiunium seruare, quasi tota, vel præcipua ieiunij vis in prorogatione inedia vsque ad tardiorè horam sit posita: & cõmuni priorum hominum sententia eò rectius, ac religiosius, si cetera sint paria, quis ieiunus est, quò tardius prandet: contra, eò minus rectè, minusque religiosè, quo citius ieiunium laxat, ac soluit. Hebræi ad initium noctis, siue post solis recessum & obitum, plerumque ieiunia producebant. Vnde Iudic. 20. dicitur: *Omnes filij Israel venerunt in domum Dei, & sedentes fiebant coram Domino, ieiunauerunt que die illo vsque ad vesperam, & obtulerunt holocausta, & pacificas victimas.* Et 2. Reg. 1. *Apprehendens autem Dauid vestimenta suas scidit, omnesque viri qui erant cum eo, & planxerunt, & ieiunauerunt vsque ad vesperam.* Et capit. 3. eiusdem libri: *Cum venisset, inquit, vniuersa multitudo cibum capere cum Dauid, claro adhuc die iurauit Dauid dicens: Hæc facias mihi Dominus, & hæc addat, si ante solis occasum gustauero panem, vel aliud quippiam.* Vnde præci illi Christiani eundem etiam morem seruare consueverunt. Athanasius enim in vita Sancti Antonij: *Pernoctabis, inquit, in oratione iapsissime: edebat semel in die post solis occasum.* Hieronymus in vita Hilarionis: *Inter mare & paludem, vastâ solitudine fruebatur, quindecim tantum caricas, post solis occasum comedens.* Sic ille. Deinde tepescente sensim vetere illo seruire,

coeptum

ceptum est solui ieiunium primò quidem antequam sol occideret, deinde verò etiã paucis horis ante solis abscissum. nam cœna sumi cœpit ad horam nonam, hoc est, tribus horis post meridiem exactis, & totidem ante solem occidentem. Dies enim in duodecim horas diuidebantur, & in hora sexta erat meridies: quamvis Quadragenarij ieiunij, quod proximè ante Pascha suscipitur, diu retenta est lex & consuetudo capiendi cibum ad vesperam, perfectò nimirum ad horam nonam Missæ sacrificio, & vespertinis precibus decantatis, vt inferius ostendat. Vnde Conciliũ Cabilonense relatum in cap. solent, de consecr. distinct. 1. *Solent plures, inquit, qui se ieiunare putant, in Quadragesima, mox, vt signum audierint, ad horam nonam manducare. Qui nullatenus ieiunare credendi sunt, si ante manducaverint quam vespertinum celebretur officium. Conueniendum enim est ad Missas: quibus auditis, & vespertinis officijs, et largitis elemosinis ad cibum accedendum est. Si quis verò necessitate constrictus fuerit, vt ad Missam venire non valeat expectata vespertina hora, completa oratione sua ieiunium soluat.* Epiphanius hæresi. 80. & hæresi. 75. *Quarta, inquit, & profabbato statutum est ieiunium vsque ad horam nonam.* Basiliius item hom. 1. de ieiunio: *A vino abstiniens, sed ab iniurijs tibi non obtemperas, expectas vesperam, vt cibum capias, sed diem totum absumis ad tribunalia.* Hieronymus ieiunia significans in epist. ad Paulinum. *Su vilis, inquit, & vespertinus cibus.* Tertull. aduersus Psychicos capit. 14. *Quasi respiciamus nonam, cui & quarta Sabbati, & sexta plurimum iungimus.*

Porro quantum temporis hæc consuetudo summedi cibum ad horam nonam in diebus ieiuniorum in Ecclesia durauerit, certò nõ constat. Sunt qui putent, eam vsque ad Alexandri Alensis, & S. Thomæ Aquinatis tempora qui trecentos, & aliquot annos memoriam nostram antecessit, sese porrexisse: quoniam de hora, quo ieiunium ab Ecclesia indictum soluere licet disputans, in 2. 2. quæst. 147. art. 7. inter cœtera scribit hæc: *Est autem debita, & communis consuetudo comedendi hominibus circa horam sextam; & ideo vt ieiunias abstinentiam aliquam sentiat pro culpa satisfactione, conueniens comedendi hora ieiunantibus laxatur circa Nonam. Et conuenit etiam ista hora mysterio passionis Christi, quæ completa fuit hora, quando inclinato capite tradidit spiritum. Ieiunantes enim dum suam carnem assequant, passioni Christi conformantur secundum illud Apostoli ad Galatas: Qui autem Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitijs, & concupiscentijs.* Hæc sanct. Thomas. Dubitant quidam, vt refert Tabiena, ieiunium quæst. 5. an de horæ nonæ fine an potius de eius initio loquatur S. Doctor. Crediderim ego sanè, eũ loqui de horæ nonæ fine & exitu: Richardi tempore, qui paucis annis post S. Thomam vixit, videtur consuetudo, quæ nunc est, alicubi cœpisse: quoniam ille sic ait, 4. distinct. 15. art. 3. quæst. 8. horam esse vel sextam, vel statim post sextam, vt nunc est in more positum: ergo S. Thomas loquitur de iure, non de consuetudine. Consuetudine postea est introducitur, vt ieiunium soluat ad horam sextam, vel paulò ante illam, hoc est ad meridiem, vel sub meridiem, qui mos nunc in Ecclesia seruatur, præsertim apud Monachos, ac cæteros Religiosorum ordines. Sæculares enim ieiunium laxant, ac soluunt, hære quidem, vna ante meridiem hora; ætate verò, duabus ferè horis

ante meridiem; Monachi verò, & ceteri Religiosi hyeme, aut semi hora ante meridiem, aut in meridie, aut etiam hora ante meridiem: ætate verò vna hora integra, aut etiam vna, & semi hora ante meridiem. Richar. in 4. dist. 15. artic. 7. q. 5. Duran. ibidem q. 9. Sylu. verb. Ieiunium q. 4. non. 1. Angel. eod. verb. nu. 1. Rosel. nu. 10. Tabien. nu. 5. Caiet. 22. q. 147. art. 7. Conuenit inter omnes, horam meridianam computandam esse nõ secundum rigidum Astronomorum calculum, sed secundum horologia vsitata inter homines, & rudi quadam Minerua. Sylu. ieiunium. q. 4. nu. 12.

Secundò quæritur, An sit iuris Canonici, vt ad vesperam in diebus Quadragenarij ieiunij comedatur? Negant quidam, quia in ca. Solent de Consecr. dist. 1. simpliciter & absolute non dicitur, vt ad vesperam ieiunium soluat: sed solum reprehenduntur, qui in Quadragesima putant se ieiunium seruare, & solent mox vt signum audierint, hora nona comedere. Qui nullatenus ieiunare credendi sunt, si ante manducaverint, quam vespertinum celebretur officium. Hæc tibi, ergo iure tantum cauetur, ne ante vespertinum officium factum edamus. Aliorum est sententia, esse quidem iuris Canonici, ne ante horam nonam: ieiunium relaxetur: sed horam nonam volumus tres illas horas completi, quæ proximè meridiem consequuntur. Dies, inquit, in duodecim horas diuiditur iuxta secularium hominum computationem, & in totidem nox: at verò Ecclesiæ more Diuinum officium, quod ad Clericos pertinet, diuiditur in quatuor partes, Tertiam, Sextam, Nonam & Vesperam, & qualibet pars tres horas complectitur seculares, ita vt quælibet appellationem habeat à principio vsque ad finem trium horarum. Tertia secularium continet totum tempus ab ortu solis vsque ad tertiam horam secularem post ortum solis. Sexta continet tres horas seculares, vsque ad sextam secularem quæ in meridiem incidit. Nona totum tempus à sexta hora seculari vsque ad nonam. vespera tres vltimas diei horas habet vsque ad occasum solis. Et cum ius Canonicum statuit, vt ad horam Nonam ieiunium soluat, illud interpretatur nõ quidem de horæ nonæ fine, sed de toto tempore, quod est à fine sextæ horæ vsque ad finem nonæ, quod tempus tribus horis concluditur, quæ meridiem proximè subsequuntur; ac propterea colligunt, consuetudinem, quæ nunc in Ecclesia seruatur, quaque ieiunium ad meridiem, vel sub meridiem laxatur, nequaquam esse canonico iuri contrariam, eo quod cum in meridio ieiunium laxemus, dicimur hora nona ieiunium soluere, quoniam statim post sextam, & post meridiem, incipit iuxta Ecclesiæ comparationem hora nona.

Mihi verò hæc minimè probantur: Tum quia Ecclesiastica computatio, qua horæ diuiduntur in Tertiam, Sextam, Nonam, ac Vesperam, ad officium Clericorum diuinum spectat: Ieiunium autem non solum est Clericorum, sed etiam Laicorum: & Ecclesia iudem inter horas diurnas, quibus Diuini officij preces Clerici recitare debent, etiam primam enumerat: ergo non tantum in quatuor horas, & partes diem Ecclesia distribuit. Tum etiam quia, cap. Solent, de Consecr. distinct. 1.

aperte

Ioan. 19.

Galat. 5.

apertè decernitur ne ieiunium soluatur ante vespertinum officium, quod ad horam nona fiebat, hoc est, post tres horas à meridie. Et deinde subiicitur: Si aliquis vespertina hora, & còpleta oratione sua ieiunium soluat: Vespertina autem hora non dicebatur Nona, ac multo minus quæ meridiem proximè sequitur, sed quæ inclinante ià die, & appetente solis abscessu vergit ad noctem, nimirum totum tempus inter initium duodecimæ horæ & noctè, interiectum. Quo fit, vt iuxta veram aliorum sententiam, iure Canonico cautum sit, ne in diebus Quadragenarij ieiunij ad vespèram comedamus. Et hoc est quod Synodus Cabilonensis in c. *Solem, de consec. dist. 1. & in Regula S. Benedicti cap. 41.* statuitur, vt ab initio Quadragesimæ vsque ad Pascha Monachi ad vespèram reficiantur, & ipsa vespèra sic agatur, vt lumine lucernæ non indigeant reficientes, sed luce diei adhuc perduræ omnia consummètur. Et Auctor Micrologi, ait cap. 49. *de Eccl. obseruat.* Quadragesimale ieiunium post vespèram tandè soluitur, sicut in Canonibus præcipitur. Sic ille. Ac proinde si nunc hora sexta, id est, in meridie, vel sub meridiem ieiunium laxamus, consuetudinem vim legis habentem, non ius commune antiquum seruamus.

Tertio quæritur, An in cæteris omnibus ieiuniorum diebus hora soluendi ieiunium sit Nona? Respondeo, solum esse Canonico iure cautum, ne in diebus Quadragenarij ieiunij ante vespèram edamus. De hora verò comedendi in cæteris ieiuniorum diebus, nihil est iure communi sancitum. Constat verò olim fuisse in more positum vt illis diebus edatur ad horam nonam. Consuetudine verò est postea introductum, vt quodlibet ieiunium ad meridiem, aut sub meridiem soluitur. Auctor Micrologi ait cap. 49. *In alio ieiuniorum tempore, præter quàm Quadragesimale, statim post Nonam ieiunium soluitur, cū Missa ad sextam celebratur. In hoc enim Quadragesimale ieiunium differt à reliquis, quod in alijs post Nonam, in hoc post vespèram reficere corpus debemus, cū Missa ad Nonam peragatur. Est enim Ecclesiastica consuetudo vt ad Nonam reficiantur, cum ad sextam Missam celebrant, ad vespèram autem, cum ad Nonam sacrificamus.* Sic ille. Et Regula V. B. Benedicti, præscribit, vt ab initio Quadragesimæ vsque ad Pascha Monachi ad vespèram reficiantur; in alijs verò diebus ieiuniorum, ad Nonam.

Quarto quæritur, An qui longè ante meridiem absque iusta & legitima causa prandet, ieiunium soluat, & se lethali peccato contaminet. Dux sunt opinionès: Prima docet, horam ieiunij consuetam ac debitam anteuertere, non esse peccatum, si eius rei iusta causa subit: si verò nulla, citra contemptum tamen, esse veniale, non lethale peccatum. Si autè per contemptum horam quis anteuertat, admittit peccatum lethale. Sic Innocentius. Io. Andreas, Petrus Anchara. cap. 1. *de obseruat. ieiunio.* Cardinalis in c. ex parte *de obseruat. ieiunio.* §. Item, nu. 2. Angelus ieiunium q. 2. Gabriel in 4. *dist. 16. q. 3. art. 3. dub. 1. §.* Quando de hora, Archidia. Alexandrin. c. *Vnum orarium §. Alias ea demum, dist. 25.* Alter opinio tradit lethaler peccare eum, qui sine causa legitima horam ieiunij debitam præuenit, tametsi absq; contemptu id faciat.

Ita Caieta. 2. 2. q. 147. *art. 7. Silu. Ieiunium q. 4. vers. tertium, Nauar. in Manuali cap. 21. num. 27. Couar. lib. 4. variar. resolut. cap. 20. num. 14. ad finem, Glossa dist. 25. c. vnum orarium. §. Alias ea demum, verb. Ieiunantibus. Palud. in 4. dist. 15. q. 4. art. 4. At vt aiunt Palud. Silu. Nauar. potest quis præfertim superioris auctoritate, ante horam consuetam comedere causa legendi ad mensam, docendi, iter faciendi, vel suscipiendi, vel ob aduentum hospitem, vel alia iusta ex causa. Hæc est còmunis sententia, & probabilior ac verior, & videtur colligi ex c. *Solem, de consec. dist. 1.* aut saltem ex consuetudine approbata. Hoc apertè docet S. Thomas in 4. *dist. 15. q. 3. art. 4. ad q. 3.* Idè tradit ibidem Ricar. q. 9. *Que res,* quis notabiliter intelligitur anteuertere horam debitam ieiunij; ita vt lethale peccatum admittat. Respondeo, eum qui per vnâ horam integram anteuertit, sed qui præuenit per quadrantem horam, lethaler non peccat, quamuis leuiter delinquat sine iusta causa horam debitam præueniens: Qui anteuertit per semihoram, fortassis etiam leuiter tantum peccat. In his tribus singulis, quæ sequar, Auctores non habeo, quia nihil de his exprimunt Auctores, sed ratione videntur hæc singula confirmari. Nimirum, hora vna integra, pars est temporis notabilis, quadrans non item: Et fortassis etiam semihora, pars notabilis in hac parte minimè cèsetur. Si tu melius iudicaueris, ego tibi assentiar. Ego dixi, quod sentio.*

Quinto quæritur, An prandium in diebus ieiuniorum iure differatur, etiam absque iusta causa vsque ad vespèram, vel noctem? Respondeo, non esse dubitandum, quin arbitrato suo quisque possit ieiunium ad vespèram vel noctem producere: quo enim tardius prandium prorogatur, eo est inedia productior, & longior corporis afflictio; quod est Legislatoris menti magis consentaneum. Sic Nauar. in *Manua. cap. 20. num. 27. ex Antonino in 2. par. tit. 6. cap. 2. §. 2. Sic etiam Ricar. 4. dist. 15. art. 3. q. 8. Siluester in verb. Ieiunium, q. 4. Caiet. 2. 2. q. 127. art. 7. & in Summa verb. Ieiunium, & alij quoque Auctores communi consensu. Dices; Consuetudine est introductum, vt in meridie, aut sub meridiem edamus, ergo est consuetudini standum, nam cur magis horam præuenire, quàm prorogare inhihemus? Profectò consuetudine cogimur Nonam vel meridianam horam expectare, nec eam anteuertere fas est; non tamen iure vilo & lege compellimur tardius ieiunium protrahere, ne inedia nimium producta noceret. Quo fit, vt verè dixerit Goffredus in *Summa tit. de obseruat. ieiuniorum*, Ieiunium Ecclesiasticum esse, quo prandium subtrahimus atque submouemus: quoniam ieiunium potest ad vespèram vel noctem produci, ac propterea ieiunij dies, cœna constat, non prandio. Obijcies fas esse debitori soluere ante tempus constitutum. Respondeo: quando dies siue certum tempus adijcitur, quo soluere debeo, aut hoc fit ob bonum debitoris, & licet soluere ante tempus; aut fit ob bonum creditoris, & non licet præuenire tempus. Sic Glossa in c. *soler, de consec. dist. 1.* & probat ex l. *Si ita, ff. de legat. commiff. 2.* l. cum quis, §. *Pegasus, ff. de Anna, lega.**

Sexto quæritur, An qui Pontificis priuilegio potest horam ieiunij debitam præuenire, eo ipso fit lege ieiunij solutus? Respondeo ex communi

omnium sententia, nequaquam: ratio est in pro-
ptu, quia qui ex parte, ieiunij lege soluitur, non
ex toto solutus est, cum ieiunij lex plura conti-
neat, non secus ac is, qui Principis beneficio ab
vna lege eximitur, nō cōtinuo eximitur a ceteris.

Septimò quæritur, An qui sine iusta causa ho-
ram comedendi in die ieiunij anteuertit, ieiuni-
um obseruare debeat? Quætionem mouet argu-
mentum quod obijci posset. Nam qui vas integrū
seruare deberet, & illud frangeret, non amplius
peccaret illud in plures partes comminuens, cū
semel fractum, amplius integrū seruare neque-
at: ergo pari ratione, qui semel ieiunium fran-
git, deinceps non peccat, cum amplius integrum
ieiunium seruare non possit? Respondeo, non ef-
se idem iuris in eo, qui vas integrū frangit, quod
in eo qui ieiunium soluit anticipata cibi sum-
ptione. Nam præcepto de integro vase seruando,
solum cauetur, ne illud frangamus; ac verò præ-
ceptum ieiunij seruandi multa complectitur, ni-
mirum ne cibis vetitis vtamur; deinde ne sapius
quàm semel edamus, postremò ne horam come-
dendi anteuertamus. Ac propterea quemadmodum
qui ante horam prænitam comedit, conti-
nere adhuc se debet à carnibus, sic etiam oportet
vt non amplius eo die comedat, ne aliud denuo
peccatum admitat. Sic habet communis opinio,
quam refert Caietanus 2. 2. q. 147. art. 7.

Caput XII.

Quibus diebus ex iure communi sit Ieiunium seruandum: & primum Ieiunij Quadragenarij institutio quanam sit.

PRIMò quæritur, Quibusnam diebus iure cō-
muni constitutum sit, vt ieiunium serue-
mus? Respondeo, ieiuniorum alia esse commu-
nia, alia verò priuata & propria. Communia vo-
cantur ieiunia, quæ in tora Ecclesia seruantur, &
hæc vel iure communi, vel consuetudine totius
Ecclesie generali sunt constituta. Priuata verò
ieiunia sunt, quæ vel proprij voti Religione; vel
Sacerdotis poenitentiam iniungentis præcepto,
vel peculiari Superioris mandato, vel speciali
gentis, ciuitatis, aut populi statuto, vel consuetu-
dine, suscipiuntur. Nobis autem agendum est de
communibus Ecclesie ieiunijs: Inter quæ primū
omnium & antiquissimū occurrit ieiunium qua-
dragenarium, quod proximè quotannis ante Pas-
cha celebratur & colitur. De quo primum quæri
solet, An sit iure Diuino, an potius Canonico in-
stitutum. Quidam iuniores censent esse iure di-
uino sancitum: & id probant, quia aliqui vete-
res Ecclesie patres videntur docuisse, illud esse
iuris diuini, quoniam Christus quadraginta die-
bus, & quadraginta noctibus ieiunium seruauit.
Ambrosius *serm. 25. Si ignoras*, inquit, *Ionathas indi-*
ctum à patre ieiunium, quia soluerat, morti addicitur: qui
sciens indictum à Christo Domino ieiunium soluit, quid me-
retur? & Serm. 34. Hanc enim Quadragesimam nobis Do-
minus sua ieiunio consecrauit. Et paulò inferius: Quis-
quis ergo Christianus consecratam ieiunando non impleue-
rit Quadragesimam, præuaricationis & conumacia tenebi-

tur, quod legem diuini datum prændendo rescindit. Et
Serm. 36. Ante diem deuotionem sancte Quadragesime
predicantes, sacrarum litterarum exempla protulimus, qui-
bis approbamus hunc quadragenarium numerum non esse
ab hominibus constitutum, sed diuini consecratum, nec
terrena cogitatione inuentum, sed celesti maiestate præca-
pitum. Sermone item 34. Quod abstinentie, inquit, toto
populo, vel soli contra præceptum Domini denotatis. (So-
quitur Ambrosius contra eos, qui Quadrage-
narium ieiunium comedendo soluebant.) Et B. Ma-
ximus in Homilia de Quadragesima: Quadrage-
narium ieiunium, inquit, non tam ab hominibus institutum,
quàm à Deo consecratum, & celesti maiestate præceptum.
Augustinus quoque scribens in Psalmum 100. paulò
post initium, sic ait: Præcipitur nobis quadragenariam,
ieiunium, & ex lege, & ex Prophetis, & ex ipso Euangelio,
quod testimonium habet à lege & Prophetis. Idem etià
ait Beda in Homilia in Dominica Quadragesimæ: nec nō
& Isidorus lib. 1. de offic. Eccl. cap. de ieiunio. Item Leo
in Serm. 4. de Quadragesima scribit, ieiunium Quadra-
gesimæ esse prouisum magna diuine institutio-
nis salubritate: & Sermo. 2. de ieiunio Penitentes ait
ieiunia esse diuinitus instituta. Hieronymus in
Esaiæ cap. 29. in Ezech. 41. & in Ionæ, cap. 3. scribens,
ait: Christus ieiunauit quadraginta dies, vt vobis heredi-
tariis totidem solemnes dies relinqueret. Ita Patres.

Ac communis est Theologorum Scholasticorum opinio, Quadragenarium ieiunium, non iure
diuino, sed Apostolica traditione siue manda-
to, & iure canonico, & generali Ecclesie consue-
tudine coli & celebrari. Ita Duaren. in 4. dist. 15. q.
4. art. 3. concl. 3. Ibidem Maior q. 4. concl. 3. Gabriel in
4. dist. 16. q. 3. artic. 1. notab. 2. Adria. in 4. de consue-
t. q. 1. §. Alij probant confessionem, versic. Nec videntur terribi-
Angelus ieiunium nu. 7. Silu. eod. verb. q. 1. versic. Qui-
bus autem diebus ex Mandato Ecclesie. Nauar.
in Manuali cap. 21. num. 12. Medina *trall. de ieiunio q. 1.*
Ledesm. in 4. par. 2. q. 17. art. 1. dub. 1.

Item aliqui patres testantur, hoc ieiunium ef-
se ab Apostolis institutum. Quod perspicue sci-
tis Hieronymus in *Epist. ad Marcellam* tradit his ver-
bis: *Non vnans Quadragesimam secundum Apostolorum*
traditionem toto anni tempore nobis congruo ieiunamus.
Leo *duobus in locis, videlicet Serm. 6. & 9. die Quadra-*
gesimæ, idem tradit, Quadragesimam nempe esse
ab Apostolis institutam. Cassianus Collat. 21. cap. 30.
scribit eandem esse à Sacerdotibus fixa lege sanc-
titam. Rabanus quoque libro 2. cap. 28. de Institu-
Clericorum, ait: statio est statutorum dierum, vel tem-
porum: Dierum, vt quarta, aut sexta feria ieiunemus;
Temporum, vt obseruatio Quadragesimæ, quæ in vniuerso
orbe Christianorum, institutione Apostolica seruatur cir-
ca confinia Dominicæ passionis. Extat Canon Apo-
stolorum, numero sexagesimus octauus, vbi Qua-
dragenarium ieiunium ante Pascha sancitur. Au-
gustinus Epist. 86. ego, inquit, Euangelicus & Apostoli-
cis litteris, totoque Instrumeto, quod appellatur Testame-
ntum Nouum, animo id revoluens, video præceptum esse iei-
unium: quibus autem diebus non oporteat ieiunare, & qui-
bis oporteat, præcepto Domini, vel Apostolorum non in-
uenio definitum. Theophilus item, vt citat Medina
loco citato dicit: Habemus Quadragesimam ab Apo-
stolis institutam.

Ij verò patres, qui (vt superius indicau) infi-
nuare videntur, Quadragenarium ieiunium iuris
esse diuini, illud mea sententia tantummodo si-
gnificare

Matth. 3.

2. Reg. 14.

gnificare contendunt, eiusmodi ieiunium tum ex noua, tum ex vetere scriptura auctoritatem trahere, eo quod Christi Domini, Eliæ & Moyſis exemplo quadraginta dierum ieiunium consecratum seruamus. Nec tamen quicquid Christus fecit, nos quoque facere iussit. Exemplum Christi nobis relictum, aliquando vocatur à Patribus præceptum nobis diuinitus datum. Sunt etiam qui dicant Niniuitas Ionæ Prophetæ Sermonem permotos, quadraginta totos dies ieiunium seruasse. Nam etſi primo triduo, cuius solius scripturæ meminerunt, fuerit ieiunium rigidius & diuini solito (abſtinebant enim homines ac pecora ab omnibus) sed reliquis tamen trigintaſeptem diebus communi lege viuatur & solitum ieiunium retinuerunt, vt magis diuinam irâ placere & auertere; Deique gratiam ſibi facilius conciliarent. Et ita Hieronymus ait *ſupra Ionam cap. 3. Trinus numerus, qui ponitur à ſeptuaginta, non conuenit penitentiæ: Quadragenarius numerus conuenit peccatoribus; ieiunio, orationi, ſacco, & lachrymis, & perſeuerantia deprecandi: ob quod Moyſes, & Elias quadraginta dies ieiunioſe leguntur. Ipſe quoque Dominus uerum Ionas miſiſſus ad prædicationem Ninive, ieiunauit quadraginta dies: & hereditatem nobis ieiunij relinquens ad eſum corporis ſui, ſub hoc numero animas noſtras præparat.* Hæc Hieronymus. Nam ſi Niniuitæ triduo tantum ieiunium ſeruaffent, alijsq; penitentiæ officijs ſeſe occupaffent, parum omnino ad rem feciffent, quæ de quadragenario penitentiæ dierum numero, & Moyſis, & Eliæ, & Chriſti ueri Ionæ illic affert Hieronymus: conſtat enim hos omnes non tres tantum, ſed quadraginta totos dies ieiunium ſeruaffe. Probabilis eſt horum ſententia, ſed ex Ionæ uaticinio & uerbis certo colligi non poſteſt.

Secundo quaeritur, unde inchoetur ieiunium quadragenarium? *Reſpondeo*, conuenire apud omnes, inde Quadrageſimam inchoari à feria quarta Cinerum, quæ uulgò appellatur quarta feria in capite ieiunij. Sic Auctor Micrologi. *cap. 49.* Sed quaſtionis eſt dubia, an inceperit olim ante Gregorium Magnum in eadem feria quarta. *Due ſententiæ ſunt, vna docet, olim non incipere ſolitam in Feria quarta Cinerum ante Gregorium Primum; quæ communis eſt ſcriptorum opinio: eo quod in c. Quadrageſima, de Conſue. diſt. 3.* aperte dicitur, quatuor dies ante Dominicam primam in Quadrageſima eſſe adiectos, vt omnes planè ieiunium quadraginta dierum obſeruent: quod caput deſumptum eſt ex Gregorio *Homilia 16. in Euangelia.* Altera opinio tradit, ſemper quadragenarium ieiunium olim etiam ante Gregorium Primum inchoari ſolitum in feria quarta Cinerum: quod probat *primò*, quia in c. *ſtatimus, diſt. 4.* Teleſphorus conſtituit, vt Clerici ieiunent plenas ſeptem hebdomadas. Dicit, *plenas*, quia cæteri ieiunium incipiunt à feria quarta ſeptimæ hebdomadæ ante Paſcha. Deinde quia apud Auguſtinum extat inter Sermones de Tèpore, Sermo qui inſcribitur in feria quarta in capite ieiunij, & ſequuntur Sermones in feria quinta, ſexta, & Sabbatho eiusdem hebdomadæ. Poſtremò, quia ſi ab ea feria, Quadrageſima non ſumit initium, non ſunt quadraginta dies ieiunij uſque ad Paſcha: nam demptis Dominicis ſex, remanent ſolum triginta ſex di-

es ieiunij. Probabilius tamen eſt, Quadrageſimam olim ante Gregorium I. ſemper de more incepiſſe à Dominica die, quæ dicitur prima Quadrageſimæ, vt aperte Ambroſius *Serm. 34. qui eſt de Quadrageſima*, Caſſianus *Collat. 21. cap. 24. 27. 28.* Gregorius *Homilia 16. in Euangelia* teſtantur. Vnde Alcuinus *Lib. de Diu. offic. cap. de Quadrageſima*; ait: *Quadrageſima incipit à ſequenti Dominica poſt Quinquageſimam.* Et Liber qui dicitur Ordo Romanus ſimiliter habet, in capite de Septuageſima; Quadrageſimam incipere à Dominica die poſt Quinquageſimam, idem teſtatur Auctor *Micrologi, cap. 49.* Eccleſiaſtica item officia, quæ toto tèpore Quadragenarij celebrantur, ab ea Dominica incipiunt.

Cum ergo obijcitur cap. *ſtatimus de Conſecrat. diſt. 4.* ex Teleſphoro, ubi decernitur: vt ſeptem hebdomadas plenas ante Sanctum Paſcha omnes ieiunent: *Reſpondeo*, non id præcepti Teleſphorum cunctis in vniuerſum dediffe, ſed Clericis duntaxat, qui ſunt (ait idem Pontifex) in ſortem Domini vocati: Quia ſicut diſcreta debet eſſe uita Clericorum à Laicorum conuerſatione, ita & in ieiunio debet eſſe diſcretio. Hæc ille, cuius decretum poſtea in Gallia Synodus Aurelianenſis 4. abrogauit. Ait enim *Canone 2. Id Sacerdotibus omnibus eſt decretum, vt ante Paſcha ſolemnitatem, non Quinquageſimam, ſed Quadrageſimam teneant.* Et idem habetur in Concilio Aurelianenſi 1. *can. 12.* Cum deinde obijcitur, à die Cinerum, Quadrageſimam inchoari, ac propterea dies illos quatuor, qui Dominicam primam Quadrageſimæ proximè antecedunt, ad Quadragenarium ieiunium pertinere: *Reſpondeo*, ieiunium Quadragenarium eſſe duplex, plenum, & ſemiplenum. Plenum eſt, cum interdum ſemel tantum edimus: ſemiplenum uerò, quando amplius quàm ſemel comedimus, ſed à carnibus, & à cæteris, quæ initium habent à carnibus, nos ipſi continemus: à Dominica prima in Quadrageſima uſque ad Paſcha, ſunt dies quadraginta duo ieiunij, non quidè pleni & perfecti, quoniam diebus Dominicis ieiunium plenum non agitur, ſed ieiunium ſemiplenum, & imperfectum, & hoc ſufficit. Cum tertio obijcitur, apud Auguſtinum extare Sermonem in feria quarta in capite ieiunij: *Certè* quæuis ob id quidam exiſtiment eos falli, qui ſentiunt, quatuor eos dies Gregorium Magnum adieciſſe; Verius tamen eſt, quod paulò antè dixi, olim ante Gregorium Quadrageſimam à Dominica poſt Quinquageſimam incepiſſe. Cum uigent, extare Sermones Auguſtini, & aliorum veterum patrum habitos ad Populum in feria quarta Cinerum in capite ieiunij, & alijs tribus diebus proximè ſequentibus; Profecto, veriſimile admodum eſt, eiufmodi Sermones habitos ab illis Patribus fuiſſe initio Quadragenarij ieiunij: & poſtea quatuor illis diebus eſſe attributos. Incertum eſt quidam aui, an Sermones illi ſint B. Auguſtini, ſicut etiam dubitatur, An titulus Sermonis in feria quarta in capite ieiunij ſit ab Auguſtino appoſitus, an ab alio poſtea adiectus. Sermones illi uidentur mihi eſſe Auguſtini de Tèpore, ſed ab aliquo poſt Auguſtinum ad Gregorianum Quadragenarij ieiunij morè & rationè accommodati. Fateor quidè in c. *Quadrageſima de Conſec. diſt. 5.* Gratiani eſſe uerba, non Gre-

gorij Magni ea omnia, in quibus dicitur, esse ad iustos Quadragenario ieiunio quatuor dies; quibus Gratianus, vt assolet, ea verba retulerit, tanquam ex Gregorio Primo accepta. Verisimile quidam existimant, quatuor illos dies esse additos à Gregorio I. I. nam vterque Ecclesiastica officia ad certam rationem & methodum dicitur reuocasse: sed parum refert, an Gregorius Primus, an potius Secundus eos quatuor dies adiecerit.

Tertio quaeritur, Quo die ieiunium Quadragenarium finiatur? Dux quoque sunt sententiae: vna illud terminari vult in Sabbato, quod proxime Pascha antecedit. Id enim planè docent Ambrosius, Cassianus, & Gregorius Magnus locis supra citatis. Altera opinio docet, finiri more antiquo in feria quinta maximè hebdomadae, quae vocatur feria quinta in Coena Domini: sed recèntiori iure & more in Sabbato terminari, quod Pascha praecedat. Et hæc probabilior videtur opinio: si sermo sit de prima huius ieiunij origine & institutione, & computatione veteri. Sic enim ait Alcuius in Lib. de Diuinis offic. cap. de Quadragesima. *Quadragesima tendit vsque ad diem in Coena Domini, & alibi: Quadragesima incipit à sequenti Dominica post Quinquagesimam, & finitur quinta feria ante Pascha Domini, quando canimus: In nomine Domini omne genu flectatur, Et Liber dicitur, Ordo Romanus, hunc in modum loquitur in cap. De Septuagesima: Quadragesima currit cum sua Dominica, à qua incipit, vsque ad mysterium Pasche Hebræorum: quod Dominus noster cum Discipulis suis celebravit, & nos dicimus Cenam Domini. Amalarius quoque lib. 4. de Ecclesiast. offic. cap. 4. ita scribit, qui quadragesima dies studuerit sub disciplina constringi, quæ in Quadragesima peragitur, non est dubium, quin in Coena Domini possit annumerari cultui munditiae. Auctor Micrologi cap. 52. ait. Diem in Coena Domini finem esse Quadragesimæ. Idem quoque Rabanus Lib. 2. de Institut. cleric. cap. 34. vnde pariter aiunt, olim eo die, qui dicitur feria quinta in Coena Domini, perfecto Missæ sacrificio, omnes Eucharistiam suscipere, ac tunc ieiunium aliquas Ecclesias soluere consueuisset, exemplo eorum, de quibus loquitur Paulus 1. Corinth. 11. Et quia ea consuetudo alicubi recepta fuerat, Ecclesia postea in vniuersum prohibuit, ne eo die ieiunium solueretur, vt ait Auctor Micrologi, cap. 52. Concilium Laodicenum Can. 50. & habetur cap. Non oportet, de Consec. distin. 3. ita statuit. Non oportet in Quadragesima quinta feria vltima hebdomadae ieiunium dissoluere, & totam Quadragesimam inhonorare, sed per totos dies Quadragesimæ ieiunare. Idem decernitur in cap. Non liceat, de Consec. distin. 3. ex Concilio Martini Episcopi Bracaren. Idem in Concilio ad Trullum coacto, Can. 29. Obijcies Ambrosium dicentem loco citato, Quadragesimam vsque ad Pascha habere quadragesima duos dies, Et Gregorium similiter loco prædicto asserentem, Quadragesimam habere sex hebdomadas ante Pascha, & quadragesima duos dies vsque ad Pascha. Respondeo Patres variè Quadragenarij ieiunij dies supputare consueuisse: nam à prima Dominica in Quadragesima vsque ad feriam quintam Magnæ hebdomadae, computantur in-*

tegræ quadragesima dies, qui quidem dies Quadragesimam efficiunt, & ieiunium in vltimo die, nimirum in feria quinta terminabatur: sed deinde feria sexta & Sabbato proximo ante Pascha ieiunium resumebatur: Illud tamen ad Quadragesimam non omninò olim pertinebat, quoniam erat totius anni commune ieiunium: nam per totum annum Christiani Latine Ecclesiæ feria sexta & Sabbato cuiuslibet hebdomadae seruare ieiunium solebant, vt dicam inferius. Ac proinde Ambrosium, & Gregorium fateor hoc ieiunium in feria sexta ac Sabbato proxime Pascha præcedentibus, vna cum ieiunio Quadragenario coniunxisse & annumerasse, cum scripserunt: Sex hebdomadas & quadragesima duos dies ante Pascha ieiunium seruamus. Deinde obijcies, si Quadragesima finitur in feria quinta Magnæ hebdomadae, consequens est, vt dies Quadragenarij ieiunij quadragesima non sint, sed tantum trigintaquatuor: nam detrahi debent sex integræ Dominicæ, in quibus ieiunium non seruabatur? Respondeo, vt patet à d. dixi, Quadragenarium ieiunium esse duplex, plenum, & semiplenum: perfectum, & imperfectum. Plenum ieiunium est, (vt ibidem definiuimus) cum interdum semel tantum edimus, & à carnibus, ouis, & cæteris huiusmodi abstinemus. Semiplenum verò ieiunium est, cum solum abstinemus à carnibus, & ijs quæ iniunium & originem ducunt à carnibus, etiam si amplius quàm semel edamus: vnde à prima Dominica Quadragesimæ vsque ad feriam quintam Magnæ hebdomadae, numerantur dies quadragesima, in quibus ieiunium Quadragenarium partim plenum, partim semiplenum seruatur: ac proinde omnes eiusmodi dies olim dicebantur esse dies Quadragenarij ieiunij. Cæterum Gregorius I. aut forte primus voluit, vt plenum ac perfectum ieiunium Quadragenarium seruaret Ecclesia Romana: & idcirco adiecit quatuor illos dies, qui primam Dominicam Quadragesimæ proxime antecedit. Et cum pariter iam cautum antea esset, vt feria quinta Magnæ hebdomadae ieiunium, vt olim seruaretur, annumerati & adiuncti fuerunt Quadragenario ieiunio duo illi dies, qui proxime Pascha antecedunt, & sex huiusmodi dies suffecti & subrogati in locum sex Dominicarum, integrum quadragesima dierum ieiunium efficiunt, & sic effectus est totus qui nunc est, Quadragenarij pleni & perfecti ieiunij numerus.

Quarto quaeritur, quot diebus ieiunium Quadragenarium constet? Respondeo ex Ambrosio Sermone 23. de Quadragesima, diebus constare quadragesima duobus, qui à prima Dominica Quadragesimæ vsque ad Sabbatum Paschæ proximi protenduntur: in quibus etiam diebus sex Dominicæ computantur: nam ieiunium Quadragenarium accipit B. Ambrosius non solum id, quo interdum semel tantum comedimus, sed etiam quo à carnibus, ouis, & cæteris eiusmodi cibis abstinemus, quamuis amplius quàm semel edamus. Vnde quaerens ipsemet Ambrosius prædicto Sermone de Quadragesima qui incipit, Sancta Quadragesima, cur Quadragesima habeat duos & quadragesima dies? Respondet, quia populus Israeliticus per quadragesima duas mansio-

Matth. 26.

nes tota ductus est in terra Promissionis; sic nos ad requiem Pasche: nam ieiunia nostra sunt quadam mansiones. Item, sicut quadraginta duorum annorum spatio Israel peruenit ad fluenta Iordanis: sic nos à Baptismo in Pascha. At Cassianus Collat. cap. 25. In septem, inquit, hebdomadibus si dies Dominici & Sabbata subtrahantur, quinque & triginta dies superant ieiunij deputati. Et cap. 27. Qui putat die quoque Sabbati ieiunandum, sex in hebdomada ieiunia persoluit: & ita sex & triginta diebus ieiunant, sexies reuoluit hebdomada. A prima igitur Dominica Quadragesimæ ad Pascha, sunt quadraginta dies: ex quibus, sex detractis, Dominici scilicet, in quibus non ieiunatur, remanent triginta sex dies, qui sunt decima pars dierum trecentorum sexagintaquinque, ex quibus annus constat. Cum ergo triginta sex diebus ieiunamus, decimas totius anni Deo persolimus, iuxta legem, quæ Levit. 28. & Exod. 22. iubet decimas solui. Hæc ex Cassiano. Similiter Gregorius Homilia 16. in Euangelia docet, ieiunium Quadragesimum quadraginta duobus diebus constare. A prima, inquit, Dominica Quadragesimæ usque ad Pascha Domini, sex hebdomada computantur, quarum videlicet quadraginta duos dies sunt, ex quibus dum sex Dominici dies abstinentie subtrahantur, non plus in abstinentia, quam triginta sex remanent. Dum vero per trecentos sexagintaquinque dies annus voluitur, deinde per triginta sex abstinentur, quasi anni nostri decimas Deo damus: Hec ille. Et in e. Quadragesima, de Consecratione, quasi ex eodem Gregorio Primo Gratianus adiungit: Sed ut facer numerus quadraginta dierum completatur, quem Sacerdos nosse sacro suo ieiunio consecratur, quatuor dies prioris hebdomadae, ad supplementum quadraginta dierum adduntur, id est, quarta feria, quæ caput ieiunij subtrahatur, & quinta feria sequens, & sexta feria, & Sabbatum nisi enim istos dies quatuor triginta sex superioribus adiunxerimus, quadraginta dies in abstinentia non habuerimus. Inuenitur autem & ab omnipotenti Deo omnium bonorum nostrorum decimas dare. Hæc apud Gratianum: Leo citato. Augustinus in eodem Epist. 118. quæ est ad Iulianum, & Lib. 2. de Consec. Euangelista, cap. 4. & Lib. 83. Questio 1. mysicum Quadragesimæ ieiunij numerum sic exponit, dicens: Quia virtus Decalogi per quatuor Euangelia impletur: nam decem quatuor dicitur, in Quadragesimæ surgit: Tunc Decalogi mandata perficimus, cum Quatuor Euangelia custodimus. At item, Ex quatuor elementis subsistimus: quia per carnis quatuor humores, vel quatuor elementa, vel quatuor præcipuas animi passiones, vel per quatuor anni tempora, decem Decalogi præcepta contempimus. Hæc deus ex Augustino. Ex quo, & ex Hieronymo super Ezechiel. 29. & Ionam 3. & ex Chrysostomo Hom. 61. ad Populum Antioch. & Hom. 1. in Genesim, & Leone 1. Serm. 1.2. & 5. de Quadragesima: constat hoc ieiunium in quadraginta dierum numero consistere.

De ieiunij porrò Quadragesimæ dierum numero, & initio magna fuit olim apud Christianos varietas, quam etiã Irenæus Lib. 5. c. 25. significauit ita scribens: Quidam, inquit, se vñ diem ieiunare existimant, alij duos, non pauci plures, multi quadraginta, atque diurnis nocturnisque horis diem suum metiuntur & statuant, atque eiusmodi eorum qui hoc obseruabant ieiunium, varietas & discrepantia, non nostra modo aetate cepta est, verum etiam longè ante apud Maiores nostros, qui ut coniectare licet, non accuratè consuetudinem illorum, qui vel simplicitate quadam, vel priuata auctoritate aliquid in posterum tempus statuis-

sent, obseruauerunt. Sozomenus item Lib. 7. ca. 19. à quo Nicephorus Lib. 2. cap. 34. accepit, hunc in modum scribit: Tam illa quæ hinc processit, quæque appellatur Quadragesima, in qua populus ieiunat, alij in sex dierum septimanis computant, ut Ilyrii, & qui ad Occidentem sui sunt, necnon & vniuersa Libya; & Aegyptus cum Palæstina. Alij in septem, ut Constantinopolitani, & nationes circumiacentes usque ad Phœnices. Alij sparsim tres in sex aut septem istas ieiunant. Alij tres, Pascha immediatè præcedentes continuant. Beda item, & ante eum longè multò Cassianus in Collat. 21. cap. 25. & 27. inter alia commemorat, Diuerso more, id est, sex, vel septem hebdomadibus per nonnullas Prouincias Quadragesimam celebrari. Sic ille, Constat igitur, alios Quadragesimam à Septuagesima auspiciari solitos, alios à Sexagesima, alios à Quinquagesima, alios à Quadragesima, alios tandem à die Cinerum, hoc est à feria quarta ante Dominicam Quadragesimam. Si quæras, quo pacto omnes Quadragesimæ ieiunij tempus Quadragesimam appellauerint, cum tamen alij octo, alij nouem, alij septem, alij sex, alij tres, alij duas, alij vnam tantum hebdomadam ante Pascha ieiunio consecrauerint, ut Sozomenus, & Nicephorus locis citatis tradiderint? Respondeo, Apostolos, quadraginta dies proximè ante Pascha ieiunio deputasse, deinde verò consuetudines varias esse introductas. Alij enim hos dies perfectò & pleno ieiunio celebrabant, in die non amplius, quam semel edentes: Alij verò imperfectum ieiunium seruabant, abstinentes quidem à carnibus & cæteris carnis fructibus per totos eos quadraginta dies, sed sæpius interitum comedentes, & vnam hebdomadam, aut duas, aut tres perfectò ieiunio seruantes: Alij plures quam quadraginta dies perfectò ieiunio sua spontè consecrabant, & ideo omnes Quadragesimam ab Apostolis institutam retinere se & obseruare proximè ante Pascha profitebantur.

Quæres, quid est quod Irenæus ait, aliquos vnum tantum ieiunare diem; Alios, ieiunare duos dies, & alios, plures? & Basilus Homil. 2. de ieiunio, hortans populum ad ieiunium Quadragesimæ, videtur significare, esse ieiunium colendum diebus quinque duntaxat: & Leo agens de ieiunio septimi mensis Sermone 1.3.4.5. & 9. ait: Ieiunemus secunda feria, quarta, & sexta, & Sabbato apud Sanctum Petrum pariter vigilemus: Et Socrates Lib. 7. Hist. Eccl. cap. 38. quem sequitur Nicephorus Lib. 12. cap. 34. refert Romanos ieiunare solitos tantum tres hebdomadas ante Pascha? Respondeo, Irenæum loqui de ieiunio, quod quidam seruant in certis diebus hebdomadae, nihil prorsus edentes nec inter diu, nec noctu, exemplo, & imitatione Domini: ita ut quidam vnum diem, alij duos, alij tres, alij plures dies obseruent nihil edentes. Et ideo subiicit: Quadragesima horis diurnis & nocturnis diem suum metiuntur. Basilus verò loquitur de quinque dierum ieiunio, quod in singulis hebdomadis Quadragesimæ Græci seruabant, nam illi diebus Dominicis & Sabbatis ieiunium videlicet plenum & perfectum non colunt. Leo videtur similiter loqui de iis, qui ieiunium plenum & perfectum exemplo Christi seruabāt nihil prorsus edentes per totum diem ac noctem; & eiusmodi ieiunij suscipiebant feria secunda, quarta, & sexta, cæteris verò diebus hebdomadae, ieiunium commune

vnā cum alijs colebant, nempe coenantes, nihil autem prandētes. Socrates verò loquitur de quibusdā Romanis, qui malē in Quadragesima ante Pascha alternis tantummodo hebdomadis ieiunium agebant. Nam Ambrosius reprehēdit quosdam, qui alterna quoque ieiunia, Quadragesimā tempore Mediolani seruabant. Is igitur mos non erat omnium Romanorum communis, sed aliquorum duntaxat perperam ieiuniū quadragesimarium colentium.

Quintò quæritur, An eadem ieiunij ratio fuerit in Ecclesia Latina & Græca seruata? Respondeo, Græcos Quadragesimarium ieiunium à Dominica Sexagesimæ inchoasse, & protinde per octo hebdomadas ante Pascha seruasse ieiunium. Latiorum verò alij, à Dominica Quadragesimæ, alij verò, à feria quarta Cinerū incipiēbant, quamuis, vt paulò antè dixi, ante Gregoriū Primum, vel etiam ante Secūdum, Latini omnes à Dominica Quadragesimæ inchoabant. Item Græci in Quadragesima dies Dominicos & Sabbata, vno dempto, quod Pascha proximò antecedit, à ieiunio Quadragesimæ excipiēbant. Sic enim habet Canon 55. Synodi in Trullo cōgregatæ: *Quoniam intelleximus in Romanorum Ciuitate, in sanctis Quadragesimæ diebus in eius Sabbatis ieiunare præter Ecclesie traditionis consuetudinem: Sanctæ Synodo visum est vt in Romanorum Ecclesia Canon inconcusse obtineat, qui dicit: Si quis Clericus inuentus fuerit in sancto die Dominico vel Sabbato ieiunans præter vnum & solum, deponatur; si autem Laicus, segregetur.* Hæc ibi. Hic Canon, qui Romanam Ecclesiam omnium Ecclesiarum matrem reprehendit, non recipitur. Canon autem Apostolorum 68. Sic habet: *Si quis Dominicū diem & Sabbatum, vno solo dempto, ieiunare deprehendatur, deponatur; si Laicus, e Communione eijcitur.* His accedit S. Ignatius in Epistola ad Philippenses: *Quadragesimam, inquit, nolite pro nihilo habere: imitationē enim continet Dei conuersationis. Quicunque Dominicam aut Sabbatum ieiunauerit præter vnum Sabbatum Pasche, ipse est Christi interfectōr.* Sic ille. At verò Romanorum Ecclesia, Sabbato solita est ieiunium seruare. Vnde Innocentius Primus scribit in Epist. ad Decemium Episcopum cap. 4. *Quod ritè omni Sabbato ieiunetur, quia feria sexta & sabbatum, ambo dies tristitiam Apostolis, vel ipsi qui Christū secuti sunt, induxerunt. Qui die Dominico exhilarati, non solum istum festiuitissimum esse voluerunt, verum etiam per omnes hebdomadas frequentandum esse duxerunt.* Vnde verò hæc Græcorum, & Latinorum sit exorta diuersitas, suo loco inferius explicabo.

Caput XIII.

De ieiunio, quod in peruiigijs Sanctorum Apostolorum suscipitur & colitur.

Primò quæritur, In quibus Sanctorum cœli ciuium peruiigijs sit nobis, iure communi, ieiunium seruandum? Respondeo, id planè constare ex c. Ex parte de obseruat. ieiuniorum. Indictum est enim ieiunium in peruiiglio Dominici Natalis, & Assumptæ in Cœlum Virginis. Et ex c. Consilium de Obseruat. ieiunior. seruandum est ieiunium

in singulis peruiigijs Apostolorum, præterquā in peruiiglio Sanctorum Philippi & Iacobi, & B. Ioannis Euangelistæ, quia illud incidit inter Pascha & Pentecosten, quod tempus generali Ecclesie traditione, immune & liberum est à ieiunio; & hoc, quia cadit intra dies Natalis Dominici. In cap. vero, Ex parte, ante dictum fuerat, In peruiiglio S. Matthiæ, esse ieiunium colēdum, quia fuit duodecim Apostolorum numero adscriptus.

Quæres, an in peruiiglio S. Ioannis Baptistæ, S. Laurentij, & Celebritatis omnium Sanctorum debeatur ieiunium iure communi seruari? Respondeo, nihil esse de hoc ieiunio iure communi expressè constitutum: generali tamen consuetudine Ecclesie Latine, quæ vim legis habet, seruandum est. Et ideo Innocentius Hostien. Ioan. Andrea, Abbas, & ceteri in Rubrica de Obseruat. ieiun. hos dies cum reliquis connumerant. Ita Angel. Ieiunium num. 7. Silu. eodem verbo num. 4. Scire autem oportet extare Epistolam Nicolai Primi ad Consultam Bulgarorum, vbi cū rogaretur, Quæ temporibus & diebus esset ieiunium seruandū? Respondit capite 4. *Quadragesimale ieiunium, quod est ante Pascha, ieiunium post Pentecosten, & ieiunium ante Solemnitatem Assumptionis Sanctæ Dei Genitricis, & ieiunium ante Nativitatem Domini. Quæ ieiunia Sancta Romana suscepit antiquitas, & tenet Ecclesia. In sexta vero feria omnis hebdomadæ, & in cunctis vigilijs ieiunium festiuatum, à carnium esu cessandum est, & ieiunium incumbendum, vt verè cum Psalmo dicitur: Ad vesperum demorabitur ferus, & ad matutinum letitia.* Hæc ibi. In Concilio itidem Oxoniensi in Anglia cōacto ab Stephano Archiepiscopo statuitur: *Fastiis, vt vigilia Natiuitatis Domini, Pasche, Pentecostæ, vigilia S. Ioannis Baptistæ, Apostolorum Petri, & Pauli, S. Laurentij, Assumptionis B. Mariæ, S. Bartholomæi, S. Matthæi, Apostolorum S. Simonis & Iudæ, omnium Sanctorum, S. Andree, S. Thomæ Apostoli in obsequio, & Iacobi Domini celebrentur.* Hactenus Concilium. Sed hæc duo Decreta, in corpus siue volumen communis iuris non sunt relata: indicant tamen communem Ecclesiarum morem in ieiunij seruandis. Et inter Sermones ad Fratres in Eremito, qui nomine Augustini circumferuntur, est Sermo 1. sic habens: *Scitote fratres, quod antiquitus Patres nostri fideles ieiunare consueverunt in vigilijs magnarum solennitatum, usque ad noctem: quod laudandum erat, & bonum. Aliquod tamen est ieiunium deuotionis: vt ieiunare vigilijs Sanctorum Cypriani compatriotæ nostri, & Cerasij, & Præsij, & similitum. Aliud est ieiunium institutionis, vt Assumptionis B. Mariæ, Natiuitatis Sancti Ioannis Baptistæ, Apostolorum Petri, & Pauli, Simonis & Iudæ, Matthæi & Andree, & Iacobi Maioris. Istorum vigilijs ieiunare semper debemus: vt sicut ieiunanda iam ipsi patimur, ita & in futurum cum eis partem gloriemur.* Et paulò inferius subiicit: *Iacobus Zebedæi Apostolus apud quosdam vigiliam non habet, eo quod occisus fuerit in diebus Azymorum, ne diem mortis celebremus, sed translationis Bartholomæus etiam vigiliam non videtur habere, eo quod vna dierum fuerit decoratus, & sequenti die obiit: & sic si haberet vigiliam, oporteret quod esset in terra dicitur: quod est contra normam aliorum ieiuniorum. Thomas quoque vigiliam non habet, eo quod tempore Aduentus venit. Barnabas ieiunium non habet, eo quod de Duodecim non fuit. Matthiæ ieiunium non habet, eo quod tempore ieiunij sit.*

Caput XIV.

De ieiunijs, quae in Quatuor anni Temporibus seruantur.

Primò quæritur, Quo iure sint ieiunia in Quatuor anni Temporibus instituta? Respondeo in hunc modum. Est iure tantum Canonico ab Ecclesia indicta sint; tamen, ut rectè Leo Primus in Sermonibus de Ieiunio Septimi mensis, Serm. 7. & Serm. 9. & Isido. Lib. 4. de Offic. Eccles. cap. De ieiunio Quatuor Temporum tradiderunt, huius Quatuor Temporum ieiunij veluti quidam typus ac figura in veteri Hebræorum populo præcessisse memoratur. Verba Leonis hæc sunt: *Quod ex veteris prædicatione doctrine ad purificationem animarum, & corporum nostrorum ieiunium septimi mensis assumimus, non legalibus nos oneribus subiicimus, sed utilitatem continentis que Christi Euangelio seruit, amplectimur.* Isidorus quoque Ieiuniorum Tempora secundum scripturas, quatuor esse definit, in quibus per abstinentiam, & lamentum poenitentiae, Domino sit supplicandū. Hæc ille. Cæterum hoc nostrum ieiunium, non habet eandem rationem, quam Iudæorum ieiunium. Neque enim eisdem anni temporibus, nec eodem dierum numero, neque eodem ritu, & modo, neque eisdem de causis suscipitur. Iudæi enim mensibus quarto, quinto, septimo, & decimo (Zachar. 8.) Ieiunium colebant, hoc est, in mense Iulio, Augusto, Octobri, & Ianuario; nos verò, Quatuor anni Temporibus æquo penè diuissis: ut primum sit, ieiunium vernum in mense Martio; secundum æstiuum in mense Iunio, aut Maio, tertium, Autumnale, in mense Septembri; quartum, Hybernium, in Decembri. Iudæi itidem septem dies ieiunio consecrabant de vespera ad vesperam; nos verò, tres tantum dies vsque ad Nonam, vel Meridiem solum. Illi, ieiunio fludebant propter contractas legis tabulas, aut propter ruptos ab hoste Urbis Hierosolymæ muros; aut propter obortam ex narratione exploratorum in populo seditionem, diurnamq; in solitudine peregrinationem, aut propter dirutum & euersum à Nabuchodonosore Chaldeorum rege templum; aut propter tribus Iudæ reliquias vna cum duce suo Godolia miserabiliter dissipatas. Nos verò Quatuor Temporum ieiunia suscipimus, ut debita quæ negligentia nostra conflauimus, & quæ contraximus, peccata exoluamus, & Deo bonorum omnium largitori, operum nostrorum primitias consecremus. Et verisimile est Hybernium ieiunium quod in Decembri de more seruat, esse ab Apostolis institutum. Vnde Auctor Micrologi cap. 28. ait: *Et notandum omnes Apostolicos à B. Petro vsque ad Simplicium Papam ordinationes tantum in ieiunio Decembris celebrasse, ut in Romano Pontificali legitur.* Sic ille. Etenim in Libello, in quo Vita Romanorum Pontificū breuiter scripta, nomine Damasi referuntur, legimus, quoties singuli Romani Pontifices in Mense Decembri sacros ordines cōtulerint. Id enim in cuiusq; illorū vita annotatur: At, ut rectè Leo I. in Epist. ad Dioscorū Alexandrinū Episcopum, que est. Si. c. 1. scriptum reliquit: *ex Apostolica nouimus venire doctrina, ut sacre ordinationes præmissis ieiunio consecratur. Nō. Ab. 13. dixit Spiritum*

Exod. 32. Num. 13.

4. Reg. vii. Ibidem.

Ioannes Euangelista ieiunium non habet, eo quod Gloria in excelsis Deo cantare debemus. Hæc Auctor ille. Quo fit, ut mirum non sit quod Paludanus in 4. dist. 15. q. 4. art. 3. conclus. 2. tradiderit, in peruiugilijs Bartholomæi, Iacobi Maioris & Matthiæ, ieiunium vim præcepti non habere, nisi vbi fuerit vsu & consuetudine receptum. Sed Innocentius Tertius, ut patet ex c. Ex parte, respondit, in peruiugilio Matthiæ, & omnium Duodecim Apostolorum ieiunium obseruari oportere, præterquam in peruiugilijs Apostolorum Philippi & Iacobi, & Ioannis Euangelistæ.

Secundò quæritur, An in peruiugilio Pentecostes ieiunium sit communi iure institutum? Respondeo, in c. Scire, dist. 76. §. necessario, Gratianum ita dicere: *Necessario ergo Ecclesia instituit, ut post diem Pentecostes ieiunia celebrentur.* Sed quod in illis quinque diebus ieiunandum esse negatur, ex obseruantie necessitate intelligitur, & c. Ieiunium §. Hanc autem, eadem à institutione: *Non autem videntur ieiunia quarti mensis posse celebrari ante diem Pentecostes: à die enim Dominice Refurrexerunt vsque ad diem Pentecostes nō indicantur obseruanda ieiunia.* Significat Gratianus his verbis, in peruiugilio Pentecostes, nullum ieiunium iure communi esse sancitum. Et reuera ex c. Scire debet, & c. Ieiunium, & ex c. Post Pascha, & ex c. Ieiunium dist. 76. perspicuè colligitur esse Ecclesie traditionem, & morem, ut inter Pascha, & Pentecosten, nulla ieiunia indicantur. Nihilominus tamen, in eadem dist. 76. c. Nosse, ex Ambrosio habetur: *Nosse credo, vos scire, non minori letitia celebrari diem Pentecosten quam diem sanctum Pasche celebrari solent: tunc enim, sicut modo facimus, ieiunauimus, & ab eo vigiliæ celebrauimus, orationibus pernoctauimus ieiunium.* Vnde necesse est, ut similes obseruantias similis letitia subsequatur. Et Glossa ibidem: *In vigiliis quoque, Pentecostes necessario est ieiunandum.* Angel. verbo ieiunium, num. 7. ad finem. ait: *Verius videtur, ex necessitate præcepti tale ieiunium esse seruandum.* At ex altera parte est S. Thomas 2. 2. quæst. 147. art. 5. ad 3. vbi a per se docet, ieiunium exultationis, quale inter Pascha & Pentecosten seruatur, non esse præceptum. Ieiunia, inquit, que præcepto Ecclesie instituitur, sunt magis ieiunia afflictionis, que non conueniunt diebus letitiæ, propter quod non est ieiunium ab Ecclesia institutum in tota Paschali tempore, nec etiam in diebus Dominicis, in quibus si quis ieiunaret contra consuetudinem Populi Christiani: que, ut Augustinus Epist. 86. dicit, est pro lege habenda, vel etiam ex aliquo errore, sicut Manichæi ieiunant, quod necessarium tale ieiunium arbitantes, non esset à peccato commisit. Hec ibi S. Thomas.

In hac controuersia dicendū existimo, in peruiugilio Pentecostes iure communi non esse ieiunium indictum, generali tamen Ecclesie Latine consuetudine, que legis & præcepti vim habet, eo die seruari ieiunium debet. Et hoc est fortassis, quod Glossa loci citatus docuit. Sic Siluester ieiuniorum, num. 4. Caietanus 2. 2. q. 147. art. 5. Quare quod Gratianus & S. Thomas tradiderunt, id de iure communi, non autem de consuetudine, que in legem & præceptum transiit, est intelligendum. Porro, ut in c. Consilium, & in c. Ex parte de Obseruat. ieiuniorum non statuitur. Quando dies festi Sanctorum in secundam hebdomadæ feriam incidunt, ieiunium, quo eorum peruiugilia cōsecrantur, in Sabato proximè antecedente seruatur.



Sanctum: segregate mihi Saulum & Barnabam in opus ad quod assumpsi eos. Et mox subditur: Tunc ieiunantes & orantes, imponentesque eis manus, dimiserunt illos. Et de ieiunio æstiuo Clemens Romanus Lib. 5. Apostolic. Constitut. c. 13. ait: Post festum Pentecostes celebrate hebdomadam: postquam & ieiunare alteram: æquum est enim & letari de Dei dono, & ieiunare post hilaritatem. Leo I. Serm. 2. de Pentecost. ait: ut ieiunium quod ex Apostolica traditione subsiquitur, sancta obseruatiua celebremus. & Serm. 3. de ieiunio septimi mensis, scribit illud ieiunium Apostolicis & legalibus institutis electum. Auctor Micrologi c. 28. ad finem ait, Sciendum autem, solum Callixtum Papam & martyrem huiusmodi ieiunia quater in anno celebrari constituisse, quæ prius ter in anno celebrata sunt: sicut idem Apostolicum ad Benedictum Episcopum scribens, testatur. Sic ille. Hoc Callixti decretum est in Epist. 1. Decretali, tom. 1. concil. & refertur, d. 76. c. ieiunium, sunt, qui dicant, ibi cum dicitur, ieiunium: quod ter in anno apud nos celebrari didicisti, legendum esse, quater in anno, quia non videtur Callixtus Primus instituisse Quatuor Temporum ieiunia, cum Leo I. in sinuet ea esse Apostolice traditionis, sed certè Micrologi Auctor legit ter, non quater, & omnes codices apud Gratianum dist. 76. c. ieiunium, & tom. 1. Concil. in Epist. 1. Callixti, legunt ter. Et hæc lectio magis congruere cum ipso literæ contextu videtur. Verisimile est Quatuor Temporum ieiunia vel ab Apostolis, vel saltem statim post ipsos esse instituta, imitatione & exemplo veteris populi: qui, ut habetur Zach. 8. mense quarto, quinto, septimo, & decimo, ieiunio sese affligebat. Postea verò Gelasius I. constituit, ut sacre Clericorum ordinationes, quæ ante in mense Decembri solum fieri solebant, in Quatuor anni Temporibus, quæ iam erant ieiunio deputata, in partem fierent, ut præmissio ieiunio, Clerici ad sacros ordines promoverentur, eodem ritu & more, quo Apostoli Paulus & Barnabas. Epist. 1. Gelasij, c. 13. & c. 1. dist. 75.

Secundò queritur, quo modo Temporum ieiunia olim in Ecclesia colebantur? Respondeo, hæc Quatuor Temporum ieiunia non in omnibus provincijs eodem modo seruata esse. Nam in Concilio Moguntino sub Carolo Magno, Anno Domini 813. in Canone 14. dicitur. Constituimus, ut Quatuor Tempora anni ab omnibus cum ieiunio obseruentur, hoc est, mense Martio hebdomada prima, & feria quarta, sexta, & Sabbato veniant omnes ad Ecclesiam hora nona cum Litanijs ad Missarum solennia. Similiter in mense Iunio, hebdomada secunda, feria quarta, sexta, & Sabbato ieiunetur usque ad Nonam. Similiter in mense Septembri hebdomada tertia, & in mense Decembri, in hebdomada quæ fuerit plena ante vigiliam Natalis Domini, sicut est in Romana Ecclesia traditum. Et in Concilio Moguntino tempore Henrici II. coacto, & habetur in c. De ieiunio dist. 76. decernitur sic: De incerto ieiunio Quatuor Temporum, hanc certitudinem statuimus: quod si Calenda Martij in quarta feria siue ante euenierit, eadem hebdomada ieiunium celebretur. Si autem Calenda Martij in quintam aut sextam feriam, aut Sabbatum distendantur, in secundam hebdomadam ieiunium differatur. Simili quoque modo, si Calenda Iunij in quartam feriam, vel ante incidierit, in sequenti hebdomada ieiunium peragatur. Et si in quintam feriam, aut sextam, aut Sabbatum contigerint, in tertiâ hebdomadam ieiunium referretur. Et hoc sciendum est, quod si quando ieiunium mensis Iunij in vigilia Pentecostes, secundam prædictam re-

gulam euenierit, non ibi celebrandum erit, sed in hebdomada solenni Pentecostes. Eodem modo de Septembri ieiunio constitutum sit: ut si Calenda in quarta feria, vel ante euenierit, ieiunium in tertia hebdomada celebretur. Et si in quinta, aut sexta feria, aut Sabbato contigerit, in quarta hebdomada ieiunandum erit. In Decembri illud obseruandum est: ut proximo Sabbato ante vigiliam Natalis Domini celebretur ieiunium: quia si vigilia in Sabbato contigerit, simul vigiliam & ieiunium celebrare non conuenit. Hæc ibi. Conueniunt igitur inter se, hæc duorum Conciliorum decreta, cum quibus tamen non conuenit Gerundenfis Synodi decretum in Canone 2. Expleta, inquit, sollemnitate Pentecostes in sequenti septimana à quarta feria in Sabbatum, per triduum abstinentia celebretur: secunda Litania faciendâ est Calenda Nembri: ea tamen condicione seruata, ut si istius diebus Dominica intercesserit, in alia hebdomada seruandam prioris abstinentia obseruantiam, à quarta feria incipitur, & in Sabbato vespera, Missa fiat. Et in Concilio Oxoniensi in Anglia celebrato, ita statuunt: In Martio, prima hebdomada ieiunandum est feria quarta, sexta, & Sabbato: In Iunio, in secunda hebdomada: quod dupliciter obseruatur à pluribus in prima hebdomada post Litanias, aut in hebdomada Pentecostes. In Septembri, in tertia hebdomada: In Decembri, in proxima septimana integra ante Natalem Domini. Refert Isidorus Lib. 1. de Diuini offic. cap. de Ieiunio: Ieiunium æstiuum à plebisque ante Pentecosten, post Ascensionem Domini, auctoritate Euangelij obseruari, illud Domini testimonium ad litteram recipientibus: Nunc quid possum filij hominis legere, quando in cam illis est passus? Venient autem dies, quando auferetur ab eis spiritus, & tunc ieiunabunt: aut enim illud tempus expleti, quo Christus aduolans ad caelos, præsentia corporali discessit: Et ideo tunc indicendum est ieiunium, ut per cordis humilitatem, & carnis abstinentiam, Spiritum Sanctum mereamur accipere. Hæc Isidorus.

Veruntamen huic tantæ ieiunij Quatuor Temporum diuersitati, finem imposuit Urbanus Secundus in Concilio Placentiæ coacto: cuius Decretum habetur in cap. statuimus dist. 76. quod sic habet: Statuimus, ut ieiunia Quatuor Temporum hoc ordine celebrentur: Primum, in initio Quadragesimæ: secundum, in hebdomada Pentecostes: tertium vero in Septembri mense solito fiat. Et in Concilio Claromontensi idem Urbanus II. dicitur sic constituisse: ut primum ieiunium, semper fiat prima hebdomada Quadragesimæ: secundum in hebdomada Pentecostes absque genuum flexione, cum Alleluia, & Gloria in excelsis Deo, & vestibus solennibus fiat: tertium, in hebdomada ante Aequinoctium Autumnale: quartum, plena hebdomada ante Natalem Domini vigilia eiusdem accepta. Et longe ante hos Pontifices Leo I. Serm. 8. de Ieiun. decimi mensis ait. Siquidem ieiunium verum in Quadragesimâ: æstiuum in Pentecoste: autumnale in mense septimo, hyemale autem in decimo celebramus. Auctor Libelli autem dicitur Micrologus, postquam reprehendit cap. 24. Concilium Moguntinum sub Henrico II. coactum, cuius Decretum paulò ante protulimus, ait, Gregorium VII. statuisset, ut ieiunium verum fiat in prima hebdomada Quadragesimæ, hoc est, post Dominicam primam in Quadragesimâ: & cap. 50. Quoniam, inquit, Leo Primus, Gelasius Primus, Gregorius Primus, & Gregorius Secundus, & Gregorius Septi-

non sic constituerunt: Aeliuum, infra Octauam Pentecostes, quia sic idem Pontifices statuerunt; Annumale in Septembri, in quo iuxta consuetudinem Ecclesiasticam, fit in tertia hebdomada. Nam secundum praedictos Pontifices non est designata peculiaris hebdomada; Hyemale vero in tertia hebdomada in Aduentum Domini, secundum in scriptura Patrum, & usum Romanum. Hæc ille. Objicies Callisti Decretum in Epist. ad decretalis ad Benedictum Episcopum, tom. 1. c. 61. Et habetur in c. Ieiunium, dist. 76. vbi decernitur, vt quater in anno ieiunium agamus, non ter vt antea; sic habet: Ieiunium, quod ter in anno apud nos celebrari dicebatur, conuenientibus nunc per Quatuor Tempora fieri decernimus: vt sicut annus per Quatuor voluitur Tempora; ita & nos Quaternum solenne agamus ieiunium per Quatuor anni Tempora Respondeo, ante ipsum Callistum non quater, sed ter tantum per annum ieiunium fuisse seruatum, videlicet in Pentecoste: mense Septembri, & mense Decembri; & eum Pontificem instituisse vt Quater in anno ieiunium celebraretur: addidit ieiunium vernum in Quadragesimæ hebdomada prima.

Secundò queritur, Quo pacto in hebdomada Pentecostes celebratur ieiunium vnum ex ijs, quæ in Quatuor anni Temporibus coluntur, cū eiusmodi hebdomada incidat in Paschale tempus, & Canones prohibeant ieiunium toto tempore Paschali, eo quod id tempus sit læticia & quietis, & ieiunium sit tristitia & laboris. Cajecanus 2. 2. q. 147. art. 5. Et Silu. ieiunium non. 4. respōdent ex sententia S. Thomæ in 4. dist. 15. q. 3. art. 3. q. 1. ad 5. hoc ieiunium esse læticiae & exultationis, non mœroris & afflictionis, & consuetudine, non iure communi seruari. Et S. Thom. 2. 2. q. 147. art. 5. ad 3. ait: Propter quod non est ieiunium ab Ecclesia indictum in toto Paschali tempore. Sed contra hoc facere videtur id quod habetur in c. Statuimus dist. 76. vbi præcipitur, vt huiusmodi ieiunium agatur in hebdomada Pentecostes. Quare dicendum existimo, tempus Paschale quod attinet ad vacationem, & immunitatem ieiuniorum, id ceteri, quod est à Paschate vsque ad Pentecosten, in quod tempus ieiunia iure communi non cadunt. Et hoc puto voluisse S. Thomam locis citatis, cum dixit, toto tempore Paschali non esse indictum ieiunium ab Ecclesia. Porro hoc ieiunium, quod in hebdomada Pentecostes suscipitur, dicitur ieiunium exultationis, quia læticiae tempore seruatur, absque genu flexione, cū Alleluia, Gloria in excelsis Deo, & vestibus solemnibus, in Missæ sacrificio.

Tercio queritur, Quibus de causis ieiunia in Quatuor anni Temporibus sint instituta? Respondeo, primùm esse instituta, vt ea offeramus Deo ad expianda peccata, quæ per anni, vel solis in anno cursum admittimus. Secundò, vt Deus ipse sicut anni, & solis motum & cursum moderatur ac regit: sic vitæ nostræ actiones & studia clementer, prosperè, & feliciter dirigat, & absoluat. Tercio, vt veluti Quatuor Tempora primitias Deo offeramus. Sed quæres, cur in vnoquoque Tempore tribus diebus ieiunium colamus? Respondeo: vt tribus cuiusque partis in anno mensibus respondeant nostra ieiunia: ita, vt toto anno duodecim dies ieiunio consecremus, qui vtrunque expriment duodecim mensium initia. Ieiunium autem suscipimus feria quarta,

sexta, & Sabbato, quia Christus Dominus traditus, & venditus est feria quarta, occisus feria sexta, & Sabbato in Sepulchro quieuit.

Caput XV.

De ieiunijs quæ in Sabbato, quarta, & sexta feria, & alijs diebus suscipiuntur.

Primò queritur, an in Sabbato cuiuslibet hebdomadæ sit iure communi indictum ieiunium? Hanc quæstionem Hieronymo in Palestina comoranti, per literas proposuit Lucinius Boeticus ex Hispania: & responsum Hieronymi habetur in cap. Vtinam distinct. 76. Extat Epistola Hieronymi ad Lucinium, vbi ait, De Sabbato, quod queris, vtrum ieiunandum sit, & de Eucharistia, an accipienda quotidie, quod Romana Ecclesia, & Hispanæ obseruare perhibentur: Scripsit quidem Hippolytus vir disertissimus, & carpsim diuersi auctores è varijs auctoribus edidere. Sed ego illud te breuiter admonendum puto, Traditiones Ecclesiasticas, præsertim quæ fidei non officiant, ita obseruandas, vt à Maioribus tradita sum, nec aliorum consuetudinem, aliorum contrario more subuertii. Atque vtinam omni tempore ieiunare possimus: quod in Actibus Apostolorum diebus Pentecostes, & die Dominico Apostolum Paulum, & cum eo credentes fecisse legimus. Nec iam Manicheæ hereses accusandi sunt, cum carnalis cibus præferri non debuisset spiritali. Et paulò inferius, ait: Nec hoc dico, quod Dominicus diebus ieiunandum putem, & contextas quinquaginta diebus ferias auferam: sed vnaquæque Prævincia abundet in sensu suo, & præcepta Maiorum leges Apostolicas arbitretur. Hæc Hieronymus. Et in c. Illa, distinct. 12. quod caput est desumptum ex Epistola iisd. quæ est ad Ianuarii, refert Augustinus: Mater mea Mediolanum me secuta, inuenit Ecclesiam Sabbato non ieiunantem: corpeat fluctuare quid ageret. Tunc ego cõsulni de hac re beatissima memoria Ambrosium Episcopum. At ille ait: Cum Romam venio, Sabbatum ieiunio: cum Mediolani sum, non ieiuno. Sic & tu ad quæcumque forte Ecclesia veneris, eius morem serua, si cuiquæ non vis esse scandalo, nec quemquam tibi. Hoc cum matris renunciaffem, libenter amplexa est. Hæc ibi. Extat etiam Augustini Epistola 86. ad Casulanum scripta de ieiunio Sabbati contra Vrbicum quendam, qui scripserat omnino esse in Sabbato ieiunium seruandum: vbi idem quod Ambrosius dixerat, docet S. Augustinus.

De ieiunio itaque in die Sabbati seruando, variaz fuerunt Ecclesiarum consuetudines. Græci enim olim Sabbatū coluerunt tanquã festum, vt colligitur ex Socrate Lib. 6. Eccl. hist. ca. 8. Ex Nysseno in Oratione aduersus eos qui agrè seruiti reprehensionem; & Anastasio Niceno Lib. quæstio. 4. 77. nec nunc illud ieiunio consecrant, vt aperte constat ex Can. 55. Concilij Cõstantinopolitani 6. quod est in Trullo congregatum: & sequuntur Græci Canonem Apostolorum 64. Vbi dies Dominicus, & Sabbatū à ieiunio soluuntur. Et Clemens Rom. tribus in locis ait, in Sabbato, non esse ieiunio studendū. S. Ignatius quoq; in Epistola ad Philippen. prope finem scribit: Quicumque Dominicum, aut Sabbatum ieiunauerit, præter vnam Sabbatum Pasche, ipse est Christi imitator. Sic ille. Contra vei dõ Romana Ecclesia

semper solita est omne Sabbatum ieiunio deputare. Vnde Innocentius Primus in Epist. ad Decentium Episcopum, & habetur in c. Sabbato de Consec. dist. 3. demonstrat Sabbato esse ieiunium colendum, ob tristitiam, qua sunt Apostoli affecti propter Domini necem. Item Gregorius 7. vi est in c. Quia dies, de Consec. dist. 5. Quia dies, inquit, Sabbati apud Sanctos Patres nostros in abstinentia celebris est habitus; nos eorundem auctoritate sequentes salubriter admonemus, ut quicumque se Christiane religionis participem esse desiderat, ab esu carniū eodem die, nisi maiore festiuitate interueniente, vel infirmitate impediēte, abstineat.

Porro hūc Ecclesie Romanæ morem sunt secuti Hispaniarum Ecclesie, ut constat ex Concilio Elibertino Can. 26. Et ex Epistola B. Hieronymi paulò antè citata ad Lucinium Beticum, nec non Galliarum Ecclesie, ut patet ex Cōcilio Agathensi Can. 12. & refertur in c. Placuit de Consec. dist. 3. & ex Concilio Aurelianensi 4. Can. 2. ex Africanis itidem Ecclesijs quædā Romanorum usum, aliæ ritum Græcorum sequebantur, ut perspicuum esse potest legentibus Epistolam Augustini 85. ad Casulanum, Vnde Tertul. Lib. aduersus Psychicos. ca. 15. ait. Nec totas (videlicet Quadragesimæ hebdomadas) exceptis scilicet Sabbatis & Dominicis, offerimus Deo. Idemque colligitur ex cap. 11. dist. 12. paulò antè producto. Mediolanensis verò Ecclesia Græcicam morem retinuit. Vnde Ambrosius in Lib. de Elia & Ieiunio cap. 10. ait: Quadragesima totus, præter Sabbatum & Dominicis, ieiunatur diebus. Et ideo idem Ambrosius Augustino ipsum hac de re interroganti respondit id, quod paulò antè retulimus.

Secundò queritur, vnde nata sit de ieiunio Sabbati Latinorum & Græcorum varia consuetudinem Græci videntur cum Iudæis sentire, quippe qui Sabbatum tanquam diem festum obseruarent; ac ita Urbicus ille, contra quæ Augustinus ad Casulanū Epistolam 86. miserat, scripsit, in Sabbato ieiunium esse seruandum: Ne Iudaice, inquit, superstitioni & perfidia consentire videamur. Respondent quidam, gatam esse eam consuetudinē ex varia diuersorum Apostolorum traditione. Nam Apostoli, qui per Orientem tantum, Christi Euangelium annuntiarunt, tradiderunt, Sabbatum esse colendum, tum ut eos qui ex Iudæis ad Christum venerant, vnā cum Gentilibus ad Christum quoque conuersis aliqua ex parte conciliarent: tum etiam ut eos Hæreticos confutarent, qui in Oriente docebant, Sabbatum esse ieiunio deputandum, ut ab omni Iudaica superstitione nos alienos esse profiteamur. Quod ideo præcipiebant, quia Deum veteris Testamenti, tāquam auctorem mali, damnabant. Et quia eandē hæresim postea secuti sunt Marcionistæ, ut testatur Epiphanius Hæresi. 42. Itē Manichæi, ideo per multa sæcula Orientis Ecclesie, Sabbatum coluerunt: quem morem Græci quoque iuniores suos Maiores sectati, etiam nunc ex parte retinent. Nec tamen, ut ait Augustinus Epistola citata idcirco Iudaicæ superstitionis Græci sunt accusandi: Nec enim ritu & more Iudæorum, Sabbatum obseruant, sed in eo feriuntur, quia Dominus omni labore, & poena perfunctus requieuit. Romæ verò Petrus & Paulus Dei Euangelium promulgauerunt, qui Sabbatum ieiunio consecrassent credunt, ob

tristitiam & luctum Apostolorum, quo ex Domini passione, morte, & sepultura fuerant affecti. Ipse tamen verifimilius esse crediderim, veres Græcos, Sabbatum ut festum coluisse, tanquam Symbolum quietis in coelesti patria sempiternæ, ubi est omnis miseræ, & mali depulsio. Romanos verò Sabbatum ieiunio deputasse, ob moerorem & luctum Apostolorum, quæ propter Domini mortem; maximum pertulerunt. Vnde Augustinus loco citato: Hinc exorta est ista in regia veste diuersitas, ut alij, sicut maxime populi Orientis, propter requiem significandam eternam, maius in Sabbato laxare ieiunium; alij, propter humilitatem moris Domini ieiunare, sicut Romana, & nonnullæ occidentis Ecclesie. Quæres deinde, quare Græci vnū Sabbatum, cui proximè Pascha succedit, ieiunio consecrent? Respondeo, quia in memoriam reuocant Apostolorum tristitiam, dolorem, & luctum, quæ in Sabbato sustinuerunt: quem moerorem asserunt vno tantum Sabbato, & vno ieiunio, non pluribus esse replicandum. Contra verò Innocentius Primus in c. Sabbato de Consec. dist. 3. ostendit singulis Sabbatis esse ieiunium seruandum. Nam si diem Dominicū, inquit, ob venerabilem Domini nostri Resurrectionem, nō solum in Pascha celebramus, & verumetiam per singulas hebdomadas ipsius diei imaginem frequentamus: & si sexta feria cuiusque hebdomadæ propter passionem Domini ieiunamus: nullum Sabbatum prætermittere debemus, in quo tristitiam Apostolorum ieiunio non iteremus. Quod si puent, semel, atque vno Sabbato ieiunandum: ergo & Dominica & sexta feria semel in Pascha erant vitæ celebranda. Hinc Augustinus, ait Epistola citata 86. Quod autem vno die quo Pascha celebratur, propter reuocandam rei gestæ memoriam, quia Discipuli humanitas, mortem Domini doluerunt, sic ab omnibus ieiunatur; & etiam Orientales, Sabbatis ieiunium deuotissime celebrant, qui ceteris per totum annum Sabbatis præstent: verumque videlicet significantes, & in vno annisera die, luctum Discipulorum; & ceteris, qui ceteris bonam. Duo quippe sunt, qui iustorum beatitudinem, & omnis miseræ finem sperari faciunt, Mors & Resurrectio mortuorum: Et hinc factum est, ut horum duorum verumque significandum putaretur. Quæres tertio, cur S. Ignatius in Epistola ad Philippenses scribat: Christi esse interfectorum esse, qui in Sabbato, & die Dominica ieiunium seruatur? Respondeo id dictum ab Ignatio fuisse contra Hæreticos, qui in Oriente suscipiendum. Et quia Orientalis Ecclesia tunc credebatur his diebus esse lætandum, eo quod Christus die Dominica resurrexisset, & in Sabbato omni labore & malo vacauerit, idcirco dixit: Qui his diebus ieiunat, Christi est interfector, quasi dicere, ipso ieiunio; quippe quod est poenæ, afflictionis, & moeroris, ac tristitiæ signū; proficetur esse Christum occisum, nec tamen resurrexisse, nec à mortis malis & poenis cessasse, nec à tormentis liberum & solutum fuisse.

Ex his omnibus colligimus, iuris esse Canonici ieiunium, quod in Sabbato cuiuslibet hebdomadæ seruatur; ut habetur in cap. Sabbato de Consecrat. dist. 3. & olim quidem reor, eos, apud quos Sabbatum erat ieiunio destinatum, semel tantum in eo, ad horam nonam comedere consueuisse: nunc tamen non est ieiunium

perfectum,

perfectum, quo semel interdium edimus, sed imperfectum, quo à carnibus abstinemus, quamuis sæpius comedamus, vt colligitur ex cap. *Quia dies, de Consecrat. dist. 5.* quod non ita multo antè ex Gregorio 7. citauit. Vnde, vt ait, Silu. *ieiunium, quest. 10. num. 28.* lethaliter peccat, qui in Sabbato vescitur carnibus, sine iusta & debita causa, vbij consuetudo non est carnes edere. Obijcies, Glossam capit. *Quia dies, de Consecrat. dist. 5.* dicentem, hoc ieiunium non esse præcepti, sed consilij. Respondeo, hoc dixisse Glossam, quia in quibusdam locis præfactum ius est consuetudine abrogatum. In Francia siquidem, vt Paludanus in 4. *dist. in. 15. q. 4. art. 4. cancl. 2.* ait. *A Natali Domini vsque ad Purificationem B. Virginis carnes in Sabbato eduntur, quia B. Virgo nullum in partu dolorem sustinuit: & apud nonnullas Hispanie provincias in singulis Sabbatis totius anni, præterquam in ijs qui sunt Quadragesimo ieiunio, & per uigilijs Sanctorum in celo cum Christo regnauerunt, & Quatuor anni Temporum consecrata: quamuis non vntuerlim carnes, scapita tamè animalium, pedes, non erura, siem iecur, pulmones, viscera, & intestina de more comedantur.*

Tertio queritur, An iure communi ieiunium obseruari debeat in sexta & quarta feria cuiuslibet hebdomadæ? Dubitandum non est, esse Apostolorum Traditionè, vt sexta feria & quarta ieiunio consecrentur. Martyr Ignatius *Epist. 3. ad Philipenses. Quarta, inquit, & sexta feria ieiunare.* Idem colligitur ex Clemente Romano tribus in locis Constitutionum Apostolicarum, *Lib. 5. c. 16. c. 19. Et c. 17. Tertul. Lib. aduersus Psychicos c. 14. Clem. Alexan. Lib. 7. Strom. Epipha. in Compendio doct. Eccl. Cyrill. Alexand. Lib. 10. in Leuit. Augustinus Epist. 86. Ait quoque Origenes Homil. 10. in Leuit. Habemus quatuor & sextam septimane dies, quibus ieiunamus.* Hieronymus: *Si dies, inquit, obseruare non licet & menses, & tempora, & annos, nos quoque simile crimen incurrimus quartam Sabbati obseruantes, & Parasceua.* Sic ille in Epist. ad Gal. super illa verba. *Dies obseruatis & mensibus.* Et apud Palladiu in Vita Apollonij, ex dictis eius habetur id, quod refertur in c. *Ieiunia, de Consec. dist. 3.* *Ieiunia sunt legitima in quarta & sexta feria non sunt soluenda, nisi grandis aliqua necessitas fuerit: quia quarta feria Iudas traditionem Domini cognauit, & sexta feria crucifixus est Saluator. Videbitur ergo qui his diebus sine necessitate soluerit statuta ieiunia, vel cum tradente tradere Saluatorem, vel cum crucifixum crucifigere.* Sic ibi. His accedit Canon. Apostolorum 68. qui sic habet: *Si quis Episcopus, Presbyter, Diaconus, aut Lector, aut Cantor sancta Quadragesimam Pasche, aut quartam feriam, aut Parasceven non ieiunauerit, deponatur si Laicus sit, communiõne priuator.* Sic Canon. Atque hæc fuit veterum consuetudo, quæ etiam nunc Græci retinent, & ij, qui ritu & more Græcorum viuunt.

In occidentali verò Ecclesia videtur quidem aliquando ea etiam Christiani populi consuetudo viguisse, vt constat ex c. *De Esu carniu, de Consec. dist. 3.* ubi Leo. Quartus ita loquitur: *De esu carniu. vetustissima, & non improbanda traditio semper est tenenda, vt a carne termino, que fit à principio noctis quarta ferie, que læscit in quarta feria vsque ad diluculum quintæ ferie: & similiter à cœna noctis sextæ ferie, que læscit in sexta feria, non imperite ieiunatio vsq; ad Sabbati lucem, quantum de diei parte, aliquis ieiunare maluerit, vel debu-*

erit, protendatur. Hæc ibi: Vt eo loco ait Glossa, ieiunium in sexta feria, præcepti vim nunc habet in quarta verò feria, consilij tantum. Et olim Nicolaus I. ad consulta Bulgarorum respondens, cap. 5. cum rogatus esset, an quarta feria esset ieiunium seruandum, in sinuare videtur esse cuiuslibet liberum: nã tunc temporis consuetudo eo die ieiunium agendi desierat. Sciendum quoque est, arbitrari nonnullos, ieiunium, quod suscipi, vel seruari solebat sexta, & quarta feria, non fuisse perfectum & plenum, quale est Quadragesimum, quo semel tantum edimus, & à carnibus, ouis, & ceteris huiusmodi abstinemus, sed imperfectum & impletum, quo carniem esum abdicamus. Mihi tamen verius videtur, olim Christianos in quarta & sexta feria absque prandio ieiunium seruare consueuisse, semel tantum interdium edentes. Ait enim Epiphanius *Heresi 80. & Hæresi 75. Et per totum annum ieiunium seruatur in Catholica Ecclesia. Nam quarta & pro Sabbato vsq; ad horam nonam, excepta Pentecoste per quinquaginta dies ieiunium est imperatum.* Sic Epiphanius. Quod idem colligitur aperte ex c. *De esu carniu, quem locum paulo ante ex Leone Quarto produxi, de Consec. dist. 3.* *Quæres cur feria quarta sit ieiunio deputata? Respondeo ex Clemente Romano Lib. 5. Constit. Apostol. c. 17. ex Abbate Apollonio in c. ieiunia, de Consec. dist. 3. ex Epiphano Hæresi 80. quia eo die Iudas proditor cum Iudæis conuenit de Domino eis tradendo, & feria sexta Dominus in crucem est actus: vel ex Augustino Epist. 86. quia in feria quarta consilium iniere Iudæi de Domino occidendo, quem feria sexta impie, & crudeliter sustulerunt. Lethale peccatum admittit qui in sexta feria carnes comedit sine iusta causa. Silu. ieiunium q. 10. num. 27. Quæres an lethaliter peccet, qui sine privilegio, & causa necessitatis vescitur ouis, & alijs cibis similibus, qui trahunt originem ex carne, in sexta feria per annum, præterquam in sextis quibusque ferijs Quadragesimæ & Quatuor Temporum, & per uigilijs Sanctorum Apostolorum & aliorum? Respondeo, seruandum esse consuetudinem gentis, vel populi: ubiq; videtur vsu receptum, vt in sextis ferijs totius temporis Paschalis eiusmodi cibi comedantur; in alijs verò per annum: ego vt reum lethalis peccati non condemnarem eum, qui hisce cibis vteretur, quia videtur esse consuetudine introductum, vt his vescamur in his diebus, & abstinemus à carnibus. Si tamen alicubi vigeat contraria consuetudo, vim legis habet, & absq; peccato lethali ibi huiusmodi cibi edendi non possunt. Quando dies Domini Natalis incidit in sextam feriam, licite carnes eduntur, nisi ab eis, qui vel voti vinculo, vel regulari instituto, ab esu carniu abstinere coguntur, c. *17. de obseru. ieiun.* Et idem iuris est, si Natalis Dominicus venerit in Sabbatum. Silu. ieiunium q. 10. nu. 27. Si quis fuerit legitima auctoritate solutus abstinentia votiua carniu, licite comedit carnes in sexta feria, in quam incurrit Natalis Dominicus, idem dicendum de Monacho soluto regulæ vinculo superioris auctoritate, qui possit regulæ vinculum relaxare. Silu. loco citato.*

Quarto queritur, An iure communi sit ieiunium indictum in tribus diebus Rogationu, qui proximè Domini in cœlos ascensum antecedunt? Respondeo. In c. *Rogationes de Consec. dist. 3.* ex Concilio

Aurelianensis sic esse constitutum: Rogationes & Litanias ante Ascensionem Domini placuit celebrari, ut premisso triduo ieiunio in Dominica Ascensionis solemnitate solvantur. Hæc ibi. At sciendum est, quosdam hoc triduum Rogationum ieiunium reprehendere, eo quod videatur introductum extra veterem Ecclesie traditionem. Nam in c. Scire debet, dist. 76. aperte dicitur. Scire debet sanctitas vestra, quod per hos quinquaginta dies nobis est iugis & continuata festiuitas: ita ut hoc anni tempore neque ad obseruandum indicamus ieiunia, neque ad exorandum Dominum genibus procumbamus. Instat ergo Dominice Resurrectionis, tota quinquaginta dierum curricula celebrantur: & oes isti dies Dominice deputantur. Nō ergo ieiunamus in hac Quinquagesima, quia in his diebus nobiscum Dominus comoratus est. Ibidem Gratianus in s. Necessario eadē dist. ait: In illis quinquaginta diebus ieiunandum esse negatur ex obseruatione necessitate. Et in c. Ieiunium, s. Non autē dist. 75. A die Dominice Resurrectionis usque in die Pentecostes non indicantur obseruanda ieiunia. Dicendum est, nullum extare generale Ecclesie præceptum, ut tres Rogationum dies ieiunio deputentur. Sed Mamertus Episcopus Viennensis, cum ea ciuitas immanitate luporum, vrsorum, & aliarum ferarum vehementer premeretur, & ipsius oppidi ædificia, terræ motibus quaterentur assiduis, & absumerentur incendijs, publicas supplicationes, quas Græci Litanias appellant, id est, Precationes siue Rogationes, simul & ieiunia publica indixit tribus illis diebus ante Dominicam Ascensionem, ut oratione & ieiunio publice susceptis, Dei ira placaretur: ac deinde eas Rogationes, & ieiunia tota Gallia suscepit: & hinc factum est, ut etiam in Germania, Anglia, & Hispania Rogationes & triduanum ieiunium pio quodam religionis studio coli & obseruari coeperint: eo quod verno tempore solent populi multis morbis vexari, & gemmarum vitium & arborum fructus excindi, & auferri. Et idcirco huiusmodi Rogationes & ieiunia in consuetudine abierunt: cuius consuetudinis alicubi adhuc vestigia permanent: nā in quibusdam Prouincijs eo triduo a carnibus abstinetur, quamuis amplius quàm semel edatur, in alijs abstinetur a carnibus tantum in feria secunda, & in peruigilio Ascensionis Dominice, & in alijs eodem peruigilio tantum ieiunium etiam retinetur, in alijs verò per totum illud triduum carnes comeduntur, sed publice nihilominus Supplicationes & Rogationes celebrantur. Ieiunium itaque inter Pascha, & Pentecosten iure communi non est inditum, potest tamen consuetudine induci, vel voluntate pia & religiosa suscipi. Vnde peruigilium Pentecostes, ut supra dixi, Consuetudo ieiunio consecrauit. Et Isidorus in cap. Post Pascha dist. 76. Post Pascha autē, inquit, usque ad Pentecosten licet traditio Ecclesiarum, abstinentie rigorem prandijs relaxauerit, tamen si qui Monachorum, vel Clericorum ieiunare cupiant, non sunt prohibendi, quia Antonius & Paulus, & ceteri patres antiqui etiam his diebus in eremo leguntur abstinasse, neque soluisse abstinentiam, nisi tantum die Dominico. Hieronymus ad Lucinium Beticum, ut refertur in c. Vinam dist. 76. ita scribit: Vinam omni tempore ieiunare possumus: quod in Actibus Apostolorum diebus Pentecostes, & die Dominico Apostolum Paulum, & cum eo credentes fecisse legimus.

Quintò quæritur, vndenam originem traxerit id quod de more à multis obseruatur. Ter enim quidam in hebdomada ieiunium colunt, nimirum, in feria secunda, quarta, & sexta. Animaduertendum est, quosdam asserere, Clementem Romanum ex Apostolorum doctrina prohibere, ne quis feria secunda, & feria quinta ieiunium suscipiat. Ieiunia, inquit Clemens Lib. 5. constit. Apostol. loco supra citato, vestra, ne sint cum hypocritis communia; ieiunant enim secunda feria, & quinta. Vos autem diebus quibusque ieiunatis, aut quarta, & sexta feria. Quibus verbis aiunt, insinuare Clementem, eos Phariseorum ritu, ieiunium feruare, qui feriam secundam & sextam abstinentie deputant. Phariseus enim dicebat: Ieiunio bis in Sabbato, hoc est in hebdomada, & Epiphanius Hæresi 16. Theophylactus in Lucas cap. 18. Et Rabanus Lib. 2. de Instit. Clericor. cap. 18. interpretantur, bis, feria secunda secunda & quinta. Nihilominus tamen est vni receptum alicubi, ut qui ter vel quater in hebdomada ieiunium colunt, illud obseruent in feria secunda, quarta, sexta & Sabbato. Vnde in Concilio Turonensi 2. Cas. 13. statuitur, ut Monachi post Quinquagesimam totam hebdomadam exactè ieiunent: postea vsque ad Calendas Augusti ter in septimana, secunda, quarta & sexta die. Et in Concilio Matisconensi 1. Canon. 8. præcipitur, ut à die festo S. Martini vsque ad Naxalem Dominicam secunda, quarta, & sexta feria ieiunentur. Item in c. Qui compulsus 22. quæst. 2. si quis compulsus à domino scienter peierauerit, tres legitimas ferias pauit. Et in c. Presbyter. 87. Omni tempore vsque ad expletionem septimi anni, exceptis Paschalis diebus, tres legitimas ferias in vnaquaque hebdomada, in pane & aqua ieiunet. Hæc ibi. Quibus in locis Glossa communi consensu approbata, tres legitimas ferias interpretatur secundam, quartam, & sextam. Atque hæc consuetudo videtur induci, non imitatione & exemplo Pharisei, qui secundam & quintam feriam ieiunio deputabat: sed congruenti ratione, ut triduanum in hebdomada ieiunium inter alios lætitiæ dies intercedat. Nā dies Dominicus ut festus colitur, & in feria secunda ieiunium interponitur, quod in feria tertia relaxatur, & feria quarta renouatur, & feria quinta soluitur, & deinde feria sexta tertio repetitur. Quæres cur triduanum ieiunium, aut voluntate suscipi, aut lege publica indici in hebdomada soleat? Respondeo, id factum esse imitatione, & exemplo Ninuitarum; qui publico regis edicto, ut Deum sibi placarent, triduo ieiunium susceperunt: ac proinde in diebus Rogationum triduanum est ieiunium usurpatum: & in sublimitate Romanus Pontifex solet triduum ieiunio deputare; idē & in Quatuor anni temporibus indicitur. At Ecclesia Romana cum huiusmodi triduanum ieiunium præscribit, ei feriam quartam, sextam & Sabbatum destinat: quia ut paulo ante dixi, Dominus feria quarta à Iuda veditus Indis est, feria sexta cruci affixus, Sabbato in Sepulchro iacuit, Discipulis tristitia & mœrore affectis. Sextò quæritur, vndenam incipiant dies ieiuniorum quod ad abstinentiam a carnibus, & alijs cibis tali tempore prohibitis atinet? Respondeo, incipere à media nocte vsque ad mediam noctem. Silu. ieiunium q. 10. num. 28.

Caput XVI.

De ieiunio quod in Septuagesima, Sexagesima, Quinquagesima, & Adventu Domini, suscipi & colifolium est.

Primo queritur, An ieiunium in hebdomada Septuagesima, Sexagesima, & Quinquagesima obseruari debeat? Respondeo cum Beda in Libello quodam, quem de Officijs, scilicet Ecclesiasticis, inscripsit. Vbi Telephorus, inquit, Romanus Pontifex constituit, ut per septem hebdomadas ante Pascha Clerici ieiunium obseruarent; quod adhuc multi faciunt: quod tempus placuit Quinquagesimam appellari. Idem scribit Albinus de Diuino officio, cap. de Septuagesima. Liber qui dicitur Ordo Romanus, ita loquitur, de Septuagesima agens, Telephorus Papa instituit, ut Clerici septem hebdomadas ieiunarent ante Pascha, & inciperent à Quinquagesima. Graeci Sexagesimam sanctificant suo ieiunio. Quadragesimam Christus suo nobis de dicitur exemplo, Septuagesimam instituit Ecclesia, propter institutionem eorum, qui in Pascha Baptizarentur. Hac ille. Albinus Libello de Diuino officio, in cap. de Septuagesima, hunc in modum scribit Telephorus, Nonus, post B. Petrum, constituit, ut per septem hebdomadas ante Pascha Clerici ieiunarent. Postea Melchisedes Papa uatione Afer, trigessimus quartus post Petrum, precepit ut nemo in prima, vel quinta feria ieiunaret: in prima, propter Dominicam Resurrectionem; in quinta, quia in ea Dominus conuauit cum Discipulis suis, & in ea ascendit in Caelos. Et hinc placuit fidelibus, ut octo hebdomade ante Pascha ieiunio consecrarentur, & ieiunium inchoaretur à Sexagesima, ne quinquagesimam dies tantum ieiunio deputati. Sic ille. Ambrosius in Sermone quodam, qui nunc Romæ inter opera eius typis excusis est: unde qui iam, inquit, Septuagesimam celebratis, & hodie Sexagesimam celebratis, & deinde Quinquagesimam, & Quadragesimam, Deo propitio celebraturi estis, istorum nominum mysteria uobis manifestare debemus. Quadragesima enim sex septimanas habet, cui addidit Telephorus Pontifex septimam hebdomadam, & vocat hanc ieiunium Quinquagesima. Deinde his addita est octaua septimana, & uocatum est ipsum tempus Sexagesima: postmodum uero addita est nona septimana, & dicta est Septuagesima. Et paulo inferius: Quadragesima igitur seruatur, quia Moyses, Eius, & Saluator quadragesima diebus, & noctibus ieiunasse leguntur. Quinquagesima ideo à quibusdam seruatur, in qua sunt quinquaginta dies: quia si subtraxeris ab his septem Dominicis dies, non amplius remanent in abstinentia nisi quadragesimadu dies, & in istis duobus diebus alij ieiunant, alij non, ut in uicinia Domini & in Sabbato sancto. Sexagesima ideo celebratur, in qua sunt octo hebdomade, hoc est, dies quinquaginta sex, si subtraxeris octo Dominicis dies, & octo quintas ferias, quadragesima dies solammodo remanent ieiunij. Septuagesima uero, à qua usque ad Pascha sunt nonem septimanas, id est, sexaginta tres dies, ideo ab aliquibus celebratur: quia si subtraxeris nonem dies Dominicos propter Dominicam Resurrectionem, & nonem quintas ferias propter Dominicam cenam, & totidem Sabbata, ne sabbatizare uideamur cum Iudeis, non am-

plius quam triginta sex dies remanent ad ieiunandum. Sic ibi.

Hac eadem ratione Orientales plerique, septem vel octo vel nouem hebdomadas ante Pascha ieiunio dedicant. Teste Amalario Lib. 1. de Eccl. officio, cap. 1. Orientales nouem hebdomadas ante Pascha ieiunio colunt: Greci octo, alij, ut Latini septem. Ratio huius uarietatis potuit esse, quoniam si de septem hebdomadibus septem Dominicis dies detraxeris, qui sunt à ieiunio liberi, remanent quadragesimadu dies, à quibus si duos itidem abstuleris, nimirum feriam sextam, & Sabbatum proximè ante Pascha, in quibus ieiunium quidem suscipitur, sed quod est totius anni commune, remanent quadragesima dies. Item si de octo hebdomadibus subtrahas octo Dominicas, & totidem Sabbata, in quibus Orientales ieiunium non colunt, manent integri quadragesima dies. Si itidem de nouem hebdomadibus sustuleris nouem dies Dominicis, & totidem Sabbata, & nouem quintas ferias, in quibus aliqui Orientales ieiunium non celebrant, remanent dies triginta sex, quos Deo ieiunio consecrabant ut decimam totius anni partem.

Ex his omnibus colligitur, quare dicatur, semper Quadragesima, siue sex hebdomade, siue septem, siue octo ante Pascha ieiunio fuerint deputate. Nam Apostoli, qui Quadragesimam instituerunt, auspiciabantur eam à prima Dominica in Quadragesima; à qua usque ad feriam quintam Magnæ hebdomade; in qua propter cenam Dominicam omnes ad sacram Communionem accedebant, & Quadragesimam ieiunium terminabant, numerantur quadragesima dies, in quibus abstinetur à carnibus. Telephorus addidit septimam hebdomadam, quia in diebus tantum Dominicis ieiunium non agebatur. Propter sex igitur Dominicis dies, qui ieiunio detrahebantur, additi sunt sex dies Quinquagesimæ, ut Clerici quadragesima diebus integrum & perfectum ieiunium seruarent. Et quia postea, ut testatur Auctor Micrologij cap. 50. & Albinus loco supra citato: & habetur in c. Ieiunium, de consec. dist. 3. Melchisedes detraxit etiam de ieiunio Quadragesimam quintam feriam, addiderunt Romani octauam hebdomadam, quæ dicitur Sexagesima, quæ etiam addiderunt Orientales, quia dies Dominicis & Sabbata ieiunio Quadragesimario detraxerant. Deinde Romani nonam hebdomadam, quæ dicitur septuagesima adiecerunt, propter pleniorum & maiorem institutionem eorum, qui sacri Baptismatis aquis in Sabbato sancto abluuntur. Et ita sunt in Ecclesia Romana tres hebdomade ieiunio Quadragesimario adiunctæ; cum initio sextarum hebdomadæ fuerint deputatæ.

Quinò queritur, Cur dicta sit Septuagesima, Sexagesima, & Quinquagesima; & quænam fuerit harum trium Dominicarum, & hebdomadarum origo & institutio? Respondent quidam, de his apud Ecclesiasticos auctores ante Gregorium Magnum nullam mentionem esse factam: sed in Antiphonario & Sacramentario Gregorij, ut ait Beda, expressim harum trium Dominicarum Ecclesiastica officia annotari. Unde earum, inquit, meminere scriptores Gregorio Magno posteriori, Beda, Alcuinus siue Albinus, Amalarius, Iuo,

Rupertus, & alij. Alijs verò hæc sententia minime probatur. Nam in *sancta Romana Ecclesia* *diff. 15.* Gelasius Primus, ita loquitur: *Quidam in Septuagesima ponunt Pentateuchum vsque ad undecimum diem ante Pascha: at Gelasius Primus centum serè annis Gregorium Primum antecessit. Ceterum hoc argumentum vim magnam non habet, quia prædicta verba videntur esse Gratiani, non Gelasij. Item Telesphorus, inquit, ut habetur in c. *Statuimus* *diff. 4.* addidit septimam hebdomadam, ut in ea Clerici ieiunium seruarent. Ergo verisimile est, tunc eam hebdomadam in Romana Ecclesia dictam esse Quinquagesimam. Deinde Melchias, ut dicitur, in c. *Ieiunium, de consec. diff. 3.* de ieiunio Quadragesimo detrahit feriam quintam cuiusque hebdomadæ, in qua noluit, ut ieiunium coleretur, sicut nec in diebus Dominicis agebatur. Et ideo verisimile est quod tradunt Beda & Albinus, Amalarius, & Auctor Micrologi *locis supra citatis*, tunc in Ecclesia Romana, additam esse Quadragesimæ octauam hebdomadam, quæ dicitur Sexagesima, ac tunc dici coepisse Sexagesimam. At Telesphorus & Melchias ante Gregorium Primum, Ecclesiæ præfuerunt. Et Gratianus *33. q. 4. c. Non oportet*, ex Concilio Illerdensi citat Canonem dicentem: *Non oportet à Septuagesima vsque ad Octauam Pasche nuptias celebrari. Itè opera Ambrosij sunt Romæ typis excusa; inter quæ Sermo 22. qui incipit: Redimite vos; & Sermo 23. cuius initium est: Ad est tempus, sunt de Septuagesima, Sexagesima, & Quinquagesima.**

Ratio verò nominum eiusmodi Dominicarum, varia ab Auctoribus tradita est: quidam Bedam sequuti, dicunt ieiunio Quadragesimo esse additam unam hebdomadam, quæ dicta est Quinquagesima: quia à prima Dominica in Quinquagesima vsque ad Dominicam Paschæ sunt quinquaginta dies: ex quibus si septem Dominicos dies, & diem Paschæ simul abstuleris, in quibus ieiunium seruare nobis non licet, super sunt quadraginta duo, ex quibus duobus quinta feria & Sabbatum Magnæ hebdomadæ, qui Quadragesimam numerum excedunt, apud quosdam ieiunio detrahuntur. Illud enim finiunt & terminant, & soluit in feria quinta proximè ante Pascha, propter coenam Dominicam, qua Dominus cum Discipulis conauit, & Sabbato Sancto corpus prædico reficiunt, propter Dominicæ Resurrectionis inchoatæ lætitiã. Addita igitur est septima hebdomada, ut plenum quadraginta dierum ieiunium seruaretur. Et dicta est Quinquagesima, quia ab ea Dominica vsque ad diem Paschæ, ut diximus, quinquaginta dies computantur. Rursus quia Melchias constituit, ut nemo in quinta feria ieiunium ageret, decretum est, ut octo hebdomadæ ieiunio consecrarentur: & prima Dominica Sexagesima nominata est, quia ab ea vsque ad Pascha cum octo hebdomadæ numerentur, si à singulis Dominicam diem, & quintam subtraxeris, & ipsum pariter Paschæ diem, quadraginta dies remanent Christi ieiunio consecrati.

Septuagesima verò dicta est, quia ab ea vsque ad Pascha sunt nouem hebdomadæ, quæ faciunt sexaginta quatuor dies: ex quibus si de vnaquaque hebdomada tres dies subduxeris, Dominicam & quintam feriam, & Sabbatum, qui ieiunio detrahuntur, remanent triginta sex dies, in quibus ie-

iuunium seruatur, ut Deo totius anni decimas soluamus. Hæc Beda in *libello de officiis*. Cuius opinio est valde probabilis. Alij ut Albinus *Lib. de Diuin. offic. cap. de Septuagesima*. Amalarius *Lib. 1. de Eccl. offic. c. 1. 2. 3. & 4.* Et Rabanus *Lib. de Instit. Clericor. 2. c. 34.* volunt Septuagesimam, Sexagesimam, Quinquagesimam, & Quadragesimam vocari à numero dierum, qui sunt vsque ad prima temporis Paschæ. In initia: Septuagesimam, quia ab ea vsque ad Sabbatum in Albis, ubi qui sacro Baptismate renati fuerunt, vestes deponunt, & induuntur Albis, & Confirmationis Sacramento muniuntur, sunt septuaginta dies. Sexagesimam dici, quia sunt dies sexaginta ab ea Dominica vsque ad feriam quartam Paschæ proximè subsequenter: Quinquagesimam, quia ab ea Dominica vsque ad diem Paschæ dies quinquaginta numerantur. Quadragesimam, quia ab ea Dominica vsque ad feriam quartam proximè ante Pascha, in qua poenitentes Ecclesiæ reconciliabantur, & expleta poenitentia, ad Eucharistiam admittentur, & ieiunium Quadragesimæ finiunt, sunt quadraginta dies. Sic probabiliter quoque liber dictus Ordo Romanus, quemadmodum Beda, Alcuinus, Rabanus, Amalarius: quam tamen sententiam improbat Rupertus *Lib. 4. de Diuin. offic. cap. 1. 2. & 3.* tum quia non statuitur certus quidam dies, in quo istæ Dominicæ terminentur, tum etiã quia Symbolo septuaginta dierum volunt isti Auctores significatam esse spirituale captiuitatem, qua peccatores sub Diaboli potestate detinentur: cuius typus & figura fuerat captiuitas Iudæorum, quia septuaginta annis sub rege Chaldeorum fuerant vexati & oppressi. Sed absurdum est, inquit Rupertus, intra dies captiuitatis includere Dominicæ Resurrectionis diem, qui est dies perfectæ libertatis. Alij ut ipse quoque Rabanus *Lib. 2. de Instit. Clericor. c. 34.* tradunt, has omnes Dominicas à Paschate nominari, propter numerum dierum, non quidem integrum, sed per synecdochen acceptum, nam à Septuagesima vsque ad Pascha sunt septuaginta dies, nimirum per synecdochen, quia sunt septuaginta quatuor, & numerus minutus videlicet quater narius non supputatur. A Septuagesima vsque ad Pascha sunt sexaginta dies, quia sunt quinquaginta septem: à Quinquagesima vsque ad Pascha sunt quinquaginta dies: à Quadragesima vsque ad Pascha, sunt quadraginta duo; & tamen passim nominantur quadraginta, quia minuti numeri ratio non habetur. Rupertus verò, *loco citato*, has Dominicas testatur, non à numero dierum, sed à numero Dominicarum esse vocatas, quia à Septuagesima vsque ad Dominicam in Paschate, sunt septem Dominicæ: & ideo prima, dicta est Septuagesima; secunda, Sexagesima; tertia, Quinquagesima; quarta, Quadragesima. At secundum Rupertum sequeretur, ut secunda in Quadragesima, dici deberet Trigesima: & tertia, Vigesima; quarta itidem, Decima.

Mihi vero similis apparet, Quadragesimam esse primum ab Apostolis institutam, ut imitatione & exemplo Christi quadraginta diebus Christiani ieiunium seruarent, & peccatis mortui vna cum Christo morerentur, & deinde vna cum eo resurgente, ad nouam vitam reuocarentur. Et propterea ante Pascha, & ante mortem &

sepulturam Christi Domini quadraginta dies sunt ieiunio consecrati. Hi verò dies computantur à prima Dominica in Quadragesima, vsque ad feriam quintam proximam ante Pascha, in qua Christiani ieiunium clauderant, & terminabant propter coenam Dominicam, quia pridie quam passus est Christus Dominus vnà cum suis Discipulis coenauit: deinde verò feria sexta ieiunium resumberant, non tanquam ad Quadragesimum pertinens, sed tanquam commune, quod illo die cuiusque hebdomadæ per anni cursum suscipi & coli solebat, sed propter Domini mortem; & ad Sabbatum vsque producebant, propter Apostolorum moestitiam, & luctum. Dicitur igitur Dominica in Quadragesima, quia ab ea incipiebat ieiunium quadraginta dierum, qui tunc vsque ad feriam quintam in Coena Domini protendebatur. Deinde verò post Apostolos, Theophorus septimam hebdomadam Quadragesimæ, quæ sex tantum hebdomadas continet, addidit: postea verò Melchisede decernente, ne in feria quinta ieiunium susciperetur; adiecta est à Romanis octaua hebdomada. Postremò Ecclesia Sabbatum Sanctum publico baptismati eorum, qui se Christo adiungebant, deputauit, & propter eorum institutionem, non tam hebdomadâ Quadragesimæ adiecit: instituitque vt toto hoc tempore, qui erant Sabbato Sancto salutaribus Baptismi aquis lustrandi, assidue sacra Christi doctrina imbuerentur: ac propterea per id temporis crebra ad populum habentur Ecclesiastica conciones, tum propter poenitentium disciplinam, qui in feria quinta Magnæ hebdomadæ reconciliari Ecclesiæ solebant: tum propter regenerandorum institutionem, qui in Sabbato Sancto saluari lauacro purgabantur. Vnde Dominica, quæ proximè præcedit Quadragesimam, dicta est Quinquagesima, non à numero diei si vel hebdomadarum, sed quia ea, quâ ipsa præcedit, dici consueuerat Quadragesima. Et Sexagesima dicta est, quia sicut quadragesimo quinquagesimus numerus, sic sexagesimus quinquagesimo succedit. Eodem modo dicta est Septuagesima, quia proximè Sexagesimam præcedit, sicut Sexagesima Quinquagesimam. Quem admodum si nunc Ecclesia ante Quadragesimam vnà cum tribus hebdomadibus addidisset quartam quam coli à fidelibus & obseruari iussisset, eam meritò Octogésimam vocare potuisset. Ambrosius in Sermone supra citato sic ait: Dicitur Septuagesima, quoniam sicut à quatuor Quadragesima, & à quinque, Quinquagesima, à sex, Sexagesima; ita à septè, Septuagesima dicitur. Vnde si quis modo adderet decimam septimanam, non eam vocaremus Decagesimam, sed Octogésimam, seruato numeri ordine, quia post septè, à quo Septuagesima, sunt octo. Sic etiam Albinus loco citato.

Tertio queritur, An in diebus Aduetus Domini, qui in Ecclesia anniuersaria celebritate recolitur, sit ieiunium seruandum? Rodolphus Tugrensis, ita scribit Libello de obseruatiâ Canon. propositi. 16. Aduetus Domini, apud Romanos, incipit prima Dominica post diem crastinum Sanctæ Catharinæ. Ambrosianus Aduetus habet sex septimanas, & incipit Dominica post festum S. Martini. Et subiungit: Apud Romanos etiam in Aduetu Domini, ieiunium agitur. Sic ille. Idem

etiam constat ex Epistola Nicolai Primi ad Consula Bulgavorum. Innocentius III. in c. Consiliu de Obseru. ieiuniorum. Ieiunium etiam apud nos, inquit, in Aduetu Domini agitur. In Concilio Matifconensi. 1. Canone 6. habetur: A feria S. Martini vsq; ad Natalè Domini, secunda, quarta, & sexta Sabbati ieiunetur, in quibus diebus Canones legendos esse, speciali definitione sancimus; vt nullum se fateatur per ignorantiam deliquisse. Hæc ibi. Certè dubitari non potest, quin olim, præsertim apud Romanos in diebus, in quibus Ecclesia Domini Aduetus memoriâ recolat, ieiunium seruaretur. Ac nõ solum Christiani corpus ieiunij castigabant, sed etiâ, vt ait Amalarius lib. 3. de Eccle. offi. cap. 40. sese multis pijs operibus, & religiosis officijs in Aduetu Domini præparabant. Quo factum est, vt apud Monachos & Religiosos ieiunium manserit, qui partim proprijs institutis, partim vsu & more id retinuerunt. Hinc etiâ in Aduetu Domini ad populum sacræ conciones habentur.

Quarto queritur, An ab omni superstitione alienus sit mos, qui apud nonnullas Prouincias etiamnum viget, quo earum Prouinciarum incolæ triplex Quadragesimum ieiunium per annum seruare consueuerunt? Quæstionè affert id, quod scribit Hieronymus ad Marcellam contra Montani sectatores: Nos vnâ, ait, Quadragesimâ, secundum traditionem Apostolicam tempore nobis congruo ieiunamus: illi tres in anno faciunt Quadragesimas, quasi tres passus sint Saluatores. Respondeo cū Amalario lib. 1. de Eccle. offi. c. 36. His verbis S. Hieronymus vnâ Quadragesimam ponit in obseruatione: nos verò obseruamus tres Quadragesimas; vnâ ante Pascha; secundam, ante diem festum S. Ioannis Baptiste, vel sanctorum Apostolorum Petri & Pauli: tertiâ ante Natiuitatem Domini, & sic apud nos à pijs frequentatè est. Idem eodem in loco paulò inferius, ita scribit: Non negat Hieronymus, posse nos per annum ieiunare tres Quadragesimas ex pio affectu, & studio; sed negat esse tres Quadragesimas ex necessitate ieiunandas, vt putabant & faciebant Montaniste. Hæc Amalarius. In Concilio Turonensi II. Can. 13. dicitur: De ieiunijs antiqua à Monachis instituta seruentur: vt de Pascha vsque ad Quinquagesimam, id est, Pentecosten, exceptis Rogationibus, omni die fratribus prandium præparetur: post Quinquagesimam tota hebdomada exactè ieiunent. Postea verò, vsque ad Ca. endas Augusti, ter in septimana ieiunent, secunda, quarta, & sexta die, exceptis ijs, qui aliqua infirmitate constricti sunt. In Augusto, quia quotidie Missæ Sanctorum sunt, prandium habeant: in Septembri toto & Nouembri ter in septimana ieiunent: in Decembri vsq; ad Natalè Domini omni die ieiunent. Et quia inter Natalè Domini & Epiphaniam omni die festiuates sunt, prandiant: post Epiphaniam verò vsq; ad Quadragesimam ter in septimana ieiunent. Hæc ibi. Apud Monachos & Religiosos aliquos solet Quadragesimum ieiunium ter in anno seruari. Eundem morem Greci etiâ retinent. Prima Quadragesima ab omnibus proximè ante Pascha ieiunetur est obseruata: qui secundam Quadragesimam seruât, eâ incipiunt ac finiunt duobus modis, vt inquit Amalarius. Quidam inchoant statim elapso die Dominicæ Ascensionis, & includunt in ea dies decem proximos ante Pentecosten, ac totam hebdomadam Pentecosten, & terminant eam in die festo S. Ioannis Baptiste: Alij verò auspiciantur post elapsam Pentecosten hebdomadam, &

finiunt in die festo Apostolorum Petri & Pauli, vel post aliquot dies exactos. Hanc Quadragesimam ieiunio consecrant propter illud Christi, Cum auferetur sponsus ab eis, tunc ieiunabunt filij sponsi. Tertia verò Quadragesima obseruari consuevit, proximè ante Natalem Domini; vt quisque ad Dominum excipiendum studiosius pijs religionis officijs se præparet. Ac solet hæc Quadragesima inchoari à die S. Martino sacro. Hactenus ex Amalario. Quidam verò secundam Quadragesimam incipiunt à die sexto Iulij & proterunt eam vsque ad peruigiliū diei assumptæ in cœlos Virgini Sacrum.

Quintò quæritur, An cū lex Canonica ob certa quædam crimina irrogat delinquentibus pœnitentiam trium Quadragesimarum, accipiat tres Quadragesimas in eodem Anno, an verò potius vnā Quadragesimam trium annorū? Hanc quæstionem tractat Antonius Corsetus in *Singularibus in verbo Quadragesima*. Dux sunt opiniones: Prima docet, quando cunque Canones imponunt pœnitentiam trium Quadragesimarum, intelligere tres Quadragesimas in eodem Anno, vnā ante Natalem Dominicum, alterā ante Pascha, tertiam ante festum diem S. Ioannis Baptistæ. Sic Glossa in cap. *Qui compulsi*, 22. q. 5. quam sequuntur Archidiaconus & Turrecremata *ibidem*. Idē sentit ante Glossam Hugo *ibidem*: Secunda est eorū opinio, qui volunt intelligi vnā Quadragesimam, quam Christiani seruant ante Pascha solemnī ieiunio consecratam: ita vt quando Canon ait, tres Quadragesimas pœniteat, intelligatur de vna Quadragesima in singulis tribus annis. Sic Antonius Corsetus loco citato, quod probat quoniam Glossa pro se nullum ius aut legem citauit. Deinde quia Quadragesima debet accipi proprietatē Quadragesima proprietate sumpta significat eam, quam solemnī ritu ante Pascha obseruamus. Accedit his, quod vbi ius nihil distinguit, nec nos distinguere debemus: sed ius nihil de Quadragesima distinguit. Mihi tamen probabilius videtur prima opinio. Nam Canones non videntur ieiunium pœnitentibus iniungere, quod alioqui Ecclesiæ præcepto omnes seruare debemus: Ergo constituit pœnitentiam Quadragesimam voluntariā. Et ita intelligitur id quod dicitur in capite, *Qui Compulsi*, & cap. *Qui periturus*, & in c. *Si quis coactus* 22. q. 5. Tres Quadragesimas pœniteat, & in c. *Accusasti de Accusati*. Tres debes Quadragesimas pœnitere. Alij tres Quadragesimas interpretantur, vnā statim post Pentecosten, vsque ad Natalem S. Ioannis Baptistæ; secundam à sexto die Iulij vsque ad diem assumptæ in cœlos Virgini sacrum; tertiam, ante Natalem Domini: de tribus Quadragesimis videtur locutus Nicolaus Primus, cum ita respondens Bulgaris quærentibus, Quot temporibus & diebus esset ieiunium obseruandum: *Quadragesime*, inquit, ieiunium, quod est ante Pascha, & ieiunium post Pentecosten, & ieiunium ante solemnitate Assumptionis Sanctæ Dei Genitricis, & ieiunium ante Natalem Domini, quæ ieiunia, Sancta Romana suscepit antiquitus & tenet Ecclesia. Hæc ille: vbi præter Quadragesimam, in qua proximè ante Pascha ieiunium lege seruatur, alias tres Quadragesimas videtur insinuare, in quibus ieiunium voluntate de more suscipitur.

Sextò quæritur, An sint aliqui alij dies per annum ieiunio deputati? Sciendum est ex Concilio Turonensi 2. can. 13. & Isidoro Lib. 11. de *Ecclesijs* cap. 40. olim Christianos in Calendis Ianuarijs diem ieiunio consecrassē: quod factum est contra supersticiosam Gentiliū consuetudinem. Nam Gentiles in Calendis Ianuarijs victimas multiplicabant, publicas choreas ducebant, epulas faciebant, & nefanda & cruenta spectacula populo dabant, vt commentitium & inanem Deum Ianum supersticiosè venerentur. Item dies prima Ianuarij erat celeberrima Romanis: non enim Consulibus Magistratum ineuntibus nouum etiam annum Romani inchoabant. Contra Christiani eum diem pijs ac religiosis operibus ac studijs transigendum curarunt: ac propterea publicas triduanas litanias, ac triduanum ieiunium instituerunt. Vnde Ambrosius serm. 17. de Kaled. Ianuarijs. *Tunc, inquit, nos firmi serij atque ieiunii, quo intelligant letitiam suam nostram abstinentiam condemnari. Et Augustinus in Psal. 98. Per istos dies ad hoc ieiunamus, vt quando ipsi letantur, nos pro illis gemamus. Ieiunij hoc tempore seruari soliti meminerunt Alcuinus lib. de diuin. offic. cap. 4. Cōcil. Tolet. 4. can. 10. & liber, cui nomen est Ordo Romanus, cap. 20. Litaniarum ac supplicationum mentio est apud Synodum Turonensem 11. Canone 13. cum ait: excipitur triduum illud quo ad conciliandum Gentilium consuetudinem, Patres nostri seruauerunt, primatus in Calendis Ianuarijs fieri litanias, vt in Ecclesia obseruatur: & hora octaua in istis Calendis Circumcisionis Missa Deo proprio celebratur. Concil. Tolet. 4. can. 10. dicitur, In temporibus vero reliquis, id est, Calendis Ianuarijs, quæ propter errorem gentilitatis aguntur, omnino aliena non decernantur, in quibus etiam præter piscem, & oliuam, & in illis quadragesima diebus ceteris, carnibus abstinetur, & a quibusdam etiam vinum non bibitur. Et in Concilio Antiocheno can. 3. statuitur: Non licet Calendis Ianuarijs, vetoletis aut cernulo facere, vel srenas diabolicas obseruare: sed in ipso die sic omnia beneficia tribuantur, sicut & reliquis diebus. Hæc ibi. Porro quoniam fuerint srenæ, & cur sic dictæ, declarat Festus in verbo Srenæ: Introducuntur sunt ab Imperatoribus, ac tepertat à Tiberio Cæsare teste Suetonio c. 34. ac demum à Maiorano Imperatore prohibite, vt colligitur ex Nouella constitut. de curialibus. Martinus Bracarenfis Episcopus refert in capitulis collectis ex varijs synodis Grecis can. 73. vetitum esse Christianis, ea Calendarum die viridi lauro, vel alijs virentibus arborū ramis domos ornare: de quo in cap. Non licet 26. q. 7. quamuis Gratianus citet eū Canonem nomine Martini Papæ. Extant sermones Maximi Taurinensis, & Petri Chrysologi contra illum supersticiosum ritum & diem festum Gentilium in Calendis Ianuarijs. Et homilia Chrysostomi habita in Calendis Ianuarijs. Et hom. de Lazaris, laudat auditorum pietatem, qui diem Calendarum spiritualibus officijs transigebant: ait enim, Hæsternum diem, cum esset festum Sathang, fecistis festum Spiritus.*

Septimò quæritur, An certi aliqui sint dies, in quibus nobis ieiunio interdicatur? Respondet, In cap. *Ieiunium de consec. dist. 3.* decreto Melchias Romani Pontificis prohiberi ieiunium in die Dominica, & in feria quinta. *Et ieiunium*, inquit, Christianorum sit à ieiunio Gentilium, vel hæreticorum discre-

1200. Hæc ibi. Manichæi hos duos dies ieiunio deputasse perhibentur: & ideo Melchias lege cavit, ne in his ieiunium feruarem: quod decretum per aliquot sæcula in Ecclesia Romana durauit. Ita ut de ipso etiã Quadragesimo ieiunio, quod ante Pascha solenni ritu seruatur, non solum dies Dominicus, sed etiam feria quinta subtraheretur, ut ait Beda. Immo Auctor libelli, qui dicitur Micrologus cap. 50. testatur, Gregorium Magnum, quia suo tempore adhuc Ecclesia Romana retinebat, quintam feriam cuiusque hebdomadæ in Quadragesima, sine proprio officio reliquisse: Postea verò Gregorium II. cuius tempore Decretum Melchias erat iam vsu sublatum, singulis quibusque quintis feriis Quadragesimæ, proprium Officium assignasse, desumptis Euangelij ex certis quibusdam Dominicis, in quibus per annum leguntur. Rursus, ut constat ex cap. Scire debet, quod est Ambrosij, & ex cap. Post Pascha, quod est Isidori dist. 76. Traditio est Apostolorum, ne inter Pascha, & Pentecosten vlllo die ieiunium indicatur: quod tempus dici solet Quinquagesima, quoniam à die Paschæ vsque ad diem Pentecosten, dies quinquaginta numerantur: qui omnes propter Dominicam resurrectionem, sicut omnes totius anni dies Dominici, lætitiæ deputantur, non luctui & pœnitentiæ; ac proinde in eis nec genua flectimus orantes, nec ieiunia colimus, hoc enim est pœnitentium atque lugentium. Inde factum est, si cut respondet Innocentius Tertius in c. Ex parte, de obseruat. ieiuniorum, ut si Natalis Domini, vel dies festus Assumptæ ad cœlos virginis, aut alicuius Apostoli incidit in secundam feriam, ieiunium in sabbatum proximè præcedens transferatur, ne illud in die Dominico seruetur.

Octauo quæritur, An inter Pascha & Pentecosten, quarta feria, & sexta olim à ieiunio essent immunes & liberæ? Respondeo, liberæ fuisse: nam sicut omnes Dominici dies toto Quadragesimæ tempore erant lege ieiunij soluti & liberi, sic etiam toto tempore à die Paschæ ad Pentecosten feria quarta, & sexta ieiunio carebant. Epiphanius Hæresi 80. Per totum, inquit, annum seruatur ieiunium in Sancta Catholica Ecclesia quarta, & pro sabbato vsque ad horam nonam. excepta sola Pentecoste per totos quinquaginta dies, in quibus nec genua flectimus, nec ieiunium imperatum est. Et Amalar. lib. 1. de Eccle. of. sic. c. 36. Sunt, qui edunt à Pascha vsque ad Pentecosten. Sic etiam Isidorus lib. 1. de Eccle. of. cap. 42. Rogabis an saltem à carnibus abstineretur, feria quarta, & sexta, toto tempore Quinquagesimæ? Respondeo, verisimilius videri, hi scilicet diebus Christianos non fuisse vfos carnibus. Nam Isidorus in c. Post Pascha dist. 76. Post Pascha, inquit, vsq; ad Pentecosten, Traditio Ecclesiarum, abstinentiæ rigorem prandij relaxauit. Sic ille, ergo toto Paschali tempore abstinebatur à carnibus in quarta etiã & sexta feria: ac ieiunium relaxabatur quidem, quia Christiani prandebant, sed carnes non edebantur: Quæ admodum in tempore Quadragesimæ ieiunij, diebus Dominicis ieiunium soluimus, quia prandemus: sed nec carnibus vitmur, nec cibos alios eo tempore prohibitos ad mensam adhibemus: Et huiusmodi ieiunium dicitur semiplenum, quia imperfectum.

Nonò quæritur, An si quis ieiunium illis diebus, in quibus nobis est interdictum, suscipiat, peccatum admittat? Respondeo, dubitari non posse, quin ijs diebus tutò ieiunium colatur. Ait enim Isidorus in c. Post Pascha, supra citato: Si quis Monachorū, vel laicorū tempore Paschali ieiunare cupit, nõ est prohibendum: quia Antonius & cæteri patres antiqui etiã ijs diebus in eremo leguntur abstinuisse. Obijcies id quod eod. ca. subiicit Isidorus, eos patres tempore Paschali seruasse ieiunium, sed non die Dominico: & illud in c. Ieiunia de cõsec. dist. 3. Die autem Dominica nihil aliud agendum est, nisi Deo vacandum: id etiam quod habetur in c. Ne quis de conse. dist. 3. Ne quis ieiunet die Dominica, timoris aut persuasionis causa. Respondeo, in die Dominica nequaquam esse ieiunium obseruandum, nisi magna & graui ex causa; & absque vlla aliorum offensione: & ideo dicitur: Ne quis eo die ieiunet causa timoris, aut persuasionis. hoc est, Ne quis persuasus, aut perterritus ab alio, ieiunium suscipiat: Ne item superstitionis gratia, nec per cõtemptum Ecclesiastici præcepti; at verò si quis valetudinis tuendæ, aut periculi, vel mali alicuius grauis euitandæ causa ieiunio eo die studeat & vacet, ei peccato, & vitio non datur.

Caput XVII.

De causis, quibus aliqui à ieiunij lege eximuntur.

Primò quæritur, quot & quæ sint causæ, quibus ij qui indictum lege ieiunium non seruât excusantur? Respondeo, ex communi omnium sententiã quam habet S. Thomas in 2. 2. q. 147. art. 4. multas esse. Nam si qua sit rationabilis causa ieiunium soluendi, iustam & legitimam ea præbet excusationem. At verò sæpè contingit, ut qui lege ieiunij iusta aliqua ex causa liberatur, continere se debeat ab esu carniū, & aliorum ciborum, quos leges & iura vetuerunt. Porro causæ iustæ, quibus aliqui legibus ieiuniorum soluntur, ad quinque vel sex capita reuocantur. Hæc nimirum sunt: ætas, infirmitas, vel aduersa & incommoda valetudo, Labor, Pauperies, Pietatis officium, & Maiorum, vel superiorū auctoritas: quorum singula suis quæstionibus explicabo.

Secundò quæritur, Quænam ætas iustam habeat excusationem ieiunij? Respondeo: quamuis Innocentius in Rubrica de obseruat. ieiuniorum, Angelus in verbo ieiunium num. 13. & 15. Supplement. in verbo ieiunium, teste Syluestro, eod. verb. q. 6. & quidam alij tradiderint, pueros, si sint doli capaces, legibus ieiuniorum teneri: eo quòd statim atque aliquis peccare potest, alijs Ecclesiæ præceptis, & legibus alligatur, id tamen ab alijs confutatur: fortassis Innocentius dicere voluit eos legibus ieiuniorum obstringi, hoc est, eos debere à carnibus abstinere, ut inferius dicam. Quidam teste Angelo, pueros, aiunt, obligari legibus ieiuniorum, anno ætatis expleto decimo sexto; Alij, exacto anno decimo octauo; Alij anno vigesimo; Alij, anno vigesimo quinto. Ceterum S. Thomas secunda secunda, q. 142. art. 4. cuius sententiã est cõmuni consensu recepta, sentit, ante vigesimum primum annum exactum, quod est tertium septen-

nium ætatis expletum, neminem ieiuniorum legibus adstringi: non quod ante eam ætatem pueri & adoleſcentes nõ ſint doli, & peccati, ac meriti capaces, ſed quod frequenter accidat, vt vſq; ad eam ætatem ſoleant pueri adoleſcere, & ſæpius indigeant cibo: hoc eſt, cibo modicè quidem, ſed frequenter ſumpto. Et Eccleſia noluit eos ſibi ſuis legibus obligare, eo quod multo indigeant alimento, propter caloris vim in eis abundantem, quo facilè cibus omnīs abſumitur, tùm etiã quia cibus in eis non ſolùm operatur vt nutriat: ſed vt incrementum naturæ debitum præſtet. Sic cũ S. Thoma Paludanus, vt citat Silueſter in verb. *ieiunium* q. 6. Sic Roſella in eod. verb. nu. 14. Durãdus 4. diſt. 15. q. 10. Antoninus ſecunda par. tit. 6. cap. 2. §. 4. & Nauarrus in *Manuali* cap. 21. nu. 16. Ita vt pueri legibus ieiuniorum obligentur in ea ætate, in qua ſolent militiæ legibus teneri. Conſentaneum tamen rationi eſt, vt pueri ante tertium ſeptennium completum ſeſe ieiunijs exerceant, teſte S. Thoma loco citato, plus minùſue, pro maiori minorie eorum ætate. Immo eodem auctore, pueri quandoque ob communem Reipublicæ ſalutem, in magna aliqua calamitate, ieiunia indicuntur. Iona tertio rex Ninive ieiunium omnibus Ninuitis indixit; *Homines*, inquit, & *immonia non gudent quicquam, nec aquam bibant.* *Quæres*, an ſaltem adoleſcentes, ſi Religioſi ſint, Nouitij, vel Profeſſi, ieiunij Eccleſiaſtica lege obſtringantur ante annum ætatis vigeſimum primum expletum? Reſpondeo, non obſtringi. Gabriel in 4. diſt. 16. q. 5. art. 1. Roſella in verb. *Ieiunium*, nu. 14. quia eadem eſt ratio in illis. Notandum eſt, id quod dixit Innocentius, pueros quãprimùm ſunt rationis compotes, legibus ieiuniorum teneri, ſicut etiam alijs Eccleſiæ præceptis tenentur, locum habere in hoc, quod debent in diebus ieiuniorũ abſtinere à carnibus, & reliquis cibis interdictis. Vnde & ipſi peccant edendo, & peccant qui ipſis tales cibos miniſtrant.

Tertio queritur, An Religioſi ante eam ætate profeſſi debeant ſeruare ieiunium, quod ipſius Religionis inſtitutum, & Regula præcipit, vt ab omnibus ſeruetur? Exempli cauſa, Regula S. Franciſci imperat, vt quiſque ſexta quaque feria cuiuſque hebdomadæ ieiunium obſeruet, Queritur, an eo præcepto teneatur, qui ante vigeſimum primum annum, Franciſcani inſtituti profeſſionem emiſit? Reſpondeo, teneri. Sic Sylueſter verb. *Ieiunium* q. 6. Roſel. eod. verb. nu. 14. Ledefm. in quarto. par. 2. q. 17. ar. 3. Corduben. in *expoſitione Regula Franciſcane* cap. 3. q. 2. Nã Regula præceptum, & lex tenet omnes Profeſſos: & quem admodum adoleſcens poteſt ſponte ſua votum Deo facere de ieiunio ſeruando, ſic etiam ſeſe Religioni obligare, ita vt eius præceptis ac legibus teneatur obſtrictus: poſſet quoque Reſpublica vel Princeps ob communem omnium ſalutem ieiunium indicare, quod ſeruare etiam adoleſcentes oporteret. Nihilominus Medina in ſua *Inſtructione conſeſſorum* lib. 1. cap. 14. §. 10. cenſet tales profeſſos minime obligari; quia Regula non videtur arctioris eſſe vinculi, quàm lex Eccleſiaſtica. Mihi tamen hæc ſententia non placet, quippe quæ nec vllum alium auctorem habet, nec vlla firma ratione confirmatur. Quo fit, vt

nulla ratione ſic dubitandum, huiuſmodi pueros & adoleſcentes ſeruare debere ea ieiunia, quæ ſolent Romani Pontifices publicè indicare, cum ob communem vtilitatem Iubilæum, quod vocant, denunciant, ſi priuilegijs in Iubilæo conſeſſis, potiùſ velint: neque enim ea ieiunia imperantur ſimpliciter, ſed auctoritate Pontificia, peccatorum remiſſione, quas appellamus Indulgentias, & alia multa priuilegia conceduntur, eo conſilio, vt qui tali beneficio vti veſit, certa ieiunia ſuſcipiat, & ſeruet, & alia præſtet pietatis officia. Si roges, num liceat miniſtrare, & præbere paruulis nondum vſu rationis præditis ante ſeptennium cibos in diebus ieiuniorum prohibitos? Reſpondeo, cum Caie. 2. 2. q. 147. ar. 8. dub. 1. ad ſ. mem. Corduben. *irritat. de caſibus conſcientiæ*. q. 60. licere miniſtrare iuxta patriæ conſuetudinem receptam, nam infantes nullis ieiuniorum legibus adſtringuntur. Sic etiam fas eſt miniſtrare carnes in diebus ieiuniorum Paganis & alijs, qui alieni ſunt à religione Chriſtiana, & nobis, non ſubditiſitem & ijs, qui perpetuò amentes ſunt, vbi fuerit conſuetudo recepta, ſicutum eſt, miniſtrare oua tempore ieiunij Quadragenarij. Nam quantum infantes & amentes in loco ſacris interdicto ſepeliri nequeant, præceptis tamen alijs Eccleſiaſticis, aut vllis legibus ieiuniorum, nõ niſi qui ſunt rationis compotes tenentur obſtricti: omni ex parte: à ſepultura verò Eccleſiaſtica arcentur lege interdicti, eo quod locus interdicto ſubiicitur.

Quarto queritur, An ſenilis ætas liberet ſenes à lege ieiunij? Reſpondeo, ex communi omnium ſententia, quam referunt Caietanus in 2. 2. q. 147. art. 4. Et in *ſumma*, Ieiunium; Antoninus ſecunda parte, tit. 6. c. 2. §. 6. Ricar. in 4. diſt. 15. ar. 3. q. 4. Silueſter in verb. *Ieiunium* q. 6. Roſel. eod. verbo nu. 15. Nauar. in *Manuali* c. 21. nu. 16. Tabienſis in verb. *Ieiunium* nu. 18. nihil eſſe de hac re lege, & iure conſtitutum. Quare dum ſenes firmo ac valido corpore ſunt, ieiunium ſeruare debent: vnde ea ætas, iuſtam excuſationem non præbet, niſi adſit etiã aliqua ſenilis ætatis infirmitas. Quare plerique docent, poſt ſeptuageſimum ætatis annum expletũ, ſenes legibus ieiuniorum eſſe ſolutos, quia in ea ætate infirmi & imbecilli ſunt: & in l. *vltima c. 221. etat. lib. 10.* is qui ſeptuageſimum annum exceſſerit, ab oneribus perſonalibus eximitur; ac proinde videtur etiam à legibus ieiuniorum immunis, cum ieiunium ſit onus non paruum, nec leue. Et cerè qui eam ætatem excedit, ferè, quantum apparet, nõ ſolùm imbecillo corpore, & viribus eſſe, ſed valetudine vt ſolet incommoda. Et teſte Angelo in verb. *Ieiunium*, nu. 15. quidam ſentiunt, poſt annũ quinquageſimũ quintũ legibus ieiuniorũ ſenes ſolutos eſſe. Nauar. in *Manuali* cap. 21. nu. 15. ait, iuxta communem ſententiam, ſexagenarios eſſe à ieiunijs exemptos, fortaliſ voluit dicere ſeptuagenarios, quia communis opinio ſeptuagenarios, non ſexagenarios excipit: vt conſtat ex Silueſtro in verb. *Ieiunium* q. 4. Roſel. nu. 15. Gabriele in 4. diſt. 16. q. 3. art. 1. Tabienſi num. 18. quod probant ex illo *Plalmi* 89. *Dies annorum noſtrorum in iſſis ſeptuaginta anni.* Caietanus etiam in *ſumma*, verb. *Ieiunium*, dicit, eos qui ſunt ſexaginta annorum, plerumq; ſenes eſſe, & probat, quia ſcriptum eſt: *Dies annorum noſtra-*

ram septuaginta anni. Vnde videtur, sicut & Nauar-
 rus, Sexagenarios à ieiunijs excipere. Probabilis
 est opinio, quippe quæ benigna est, & senibus fa-
 uet, quoniam senectus ipsa, infirmitas quædam
 censetur, & cū Caietano Sexagenarios excusat,
 Armilla *ieiunium*, nu. 3. Medina *in sua Instructione Cõ-
 fess.* lib. 1. cap. 14. §. 10. Obijcies illud Basilij de Ieiunio
 term. 2. *Nemo ieiunium numero se subducit, in quo
 generaciones cunctæ, sexus, etas, & ordo includuntur.*
 Nonnulli opinantur, olim apud Græcos durius,
 & seuerius fuisse ieiunium, quàm apud Latinos:
 eo quod Basilij testimonio, etiam pueri & senes
 ieiuniorum lege tenebantur. Ego tamen potius
 crediderim, hoc dixisse Basilium, quia nemo à ieiunio
 Quadragenario imperfecto excludebatur:
 omnes enim etiam senes, & pueri sibi debent à
 carnibus, ouis, & alijs huiusmodi temperare, eti-
 am si prudeant simul, & coeant.

Quintò queritur, An ægroti & alij qui sunt in-
 firma valetudine, & ij, qui dolores capitis, vel
 stomachi, vel oculorum vertigines patiuntur, sint
 ieiuniorum legibus soluti? Respondeo, solutos
 esse, quando notabilis est eorum infirmitas: eo-
 rum enim valetudini magis expedit, vt bis, aut
 ter modico cibo, quàm semel tantum in die vrã-
 tur immodico: quando verò dubitatur an infir-
 mitas talis sit, quæ iustam excusationem det, me-
 dici consilio, vel superioris indulgentia, & au-
 thoritate res est definienda: sic S. Thom. in 4. diff.
 15. q. 3. art. 2. q. 4. Antoninus 2. par. tit. 6. c. 11. §. 6. Ro-
 sel. *Ieiunium* nu. 18. Angel. eod. verb. num. 15. Silu. q. 9.
 Tabien. 22. Nauar. *in Manuali* c. 21. nu. 16. Caietanus
in sum. Ieiunium.

Sextò queritur, An foeminae prægnantes, aut
 nutrices lactentes paruulos, sint à ieiunijs li-
 beræ, & immunes? Respondeo, ex communi sen-
 tentia liberas esse: siquidem necesse est, vt cibo
 reficiantur, non sua ipsarum tantum, sed foetus
 etiam nutriendi & educandi causa. Deinde sæpè
 inordinato quodam desiderio nunc hoc, nunc il-
 lud cibi genus appetunt: atque id tam ardentur,
 vt nisi desiderio suo satisfecerint, foetus de vita
 periclitari videatur: Caietanus *in sum. Ieiunium.*
 Angel. *ibidem* num. 15. Siluester *ibid.* q. 9. Rosel. num.
 17. Tabien. num. 21. Nauar. c. 21. nu. 16. Immo, vt ait
 Rosel. si ad longum tempus ieiunia suscipiant,
 præcipiendum est illis, ne id faciant.

Septimò queritur, An etiam excusentur men-
 dicæ Respondeo, eos, qui medicant ostiatim vi-
 dum, solutos esse legibus ieiuniorum, cum non
 quando illi, & quantum volunt, edere queant:
 similiter illi, quibus alius cibus non suppetit, nisi
 interdicitur, lege ieiunij minimè alligantur. non
 enim vult Ecclesia, vt quis vitæ vel valetudinis
 periculum, & discrimen incurrat. S. Thomas in
 4. diffin. 15. q. 3. art. 2. q. 4. ad 2. Ricar. 4. diff. 15. art. 3. q. 4.
 Duran. in 4. diffin. 15. q. 10. Angel. *ieiunium* num. 15.
 Silu. eod. verb. q. 9. Rosel. nu. 20. Caiet. *in sum.* Nauar.
 cap. 21. num. 16.

Octauò queritur, An ij qui laborat, cuiusmo-
 di sunt agricolæ, & plerique artifices, iustam eti-
 am ieiunij excusationem habeant? Respondeo,
 eos habere: tales sunt fabri siue ferrarij, siue li-
 gnarij, siue cæmentarij, agrorum cultores, & cæ-
 teri huius generis operarij, & artifices, his enim
 cibus non sufficit semel tantum in die sumptus,

ob immodicos & nimios corporis labores. Ro-
 sel. *ieiunium* 19. Angel. nu. 19. Silu. q. 9. Tabien. nu. 19.
 Et addit Rosella, Eugenium III. concessisse aut
 potius declarasse: vt opifices, qui laboriosas ar-
 tes exercent, & agrorum cultores, siue diuites
 sint, siue pauperes, liberi sint à lege ieiunij. Et Sil-
 uester ait, se audiuisse à viris doctis, id Eugenium
 III. concessisse aut declarasse, vt dixi. Et Tabien.
 & Nauar. cap. 21. nu. 19. testantur id quosdam asse-
 rere. Item, annotant Ricardus in 4. diff. 15. art. 3. q. 4.
 Palud. in 4. diff. 15. q. 4. art. 2. Gab. in 4. diff. 16. q. 3. art. 1.
 Rosel. Angel. Silu. Tab. nõ excusari à peccato eos,
 qui conducunt operarios ea conditione, vt ieiunium
 non agant: nisi fortè necesse sit, vt operarij
 citius opus absoluant. Addunt etiam, laborem
 manuum iustam excusationem non dare operarij,
 qui opus differre in alium diem commodè
 possunt. Sed reuera dubiæ quæstionis est, An pec-
 conductor, si operarij mercedem minuit ex
 eo quod operarius ieiunium seruans, minus solito
 laborat. Respondet Caiet. 2. 2. q. 147. art. 4. vers.
*In eodem articulo circa operarios, non peccare: quia nõ
 debet maiorem mercedem promittere, aut soluere,
 quàm mereatur operarius.*

Item quæstio est, an lege ieiunij teneatur ope-
 rarij eo die, quo diurnum laborem & operam
 intermittunt? Quæstionem mouet, quod huius-
 modi operarij minimè ieiunijs afflueti, solent
 nimium afflicti, si ieiunium seruare cogantur,
 cum labore solito supersedent. Deinde labore
 sui præcedentis ita fessis ac defatigati sunt, vt si
 semel tantum in die proximè sequenti comedat,
 grauius diuexentur. Respondent quidam, arbitrio
 boni viri esse rem decernendam, ita vt tutò
 aliquando ieiunium soluant, ne inepti ad labo-
 res, & operas in posterum reddantur: aut quia ex
 labore præterito nimium defatigati sunt. Proba-
 bilis est opinio.

Quæres etiam, An sint legibus ieiuniorum solu-
 ti sculptores, futores, figuli, argentarij, aurifices,
 & id generis alij, qui cum se suis solitis operi-
 bus exercent, magnos labores sustinent? Res-
 pondeo, id etiam boni viri arbitrio relinquen-
 dum, & pro laboris paruitate, aut magnitudine
 iudicandum. Omnibus his etiam prodest prædi-
 cta Declaratio Eugenij III. futores, Argentarij,
 aurifices, textores, pelliones, fullones, lanarij,
 cæmentarij, pistores, qui item furnariam artem
 exercent, qui panes coquunt, & similes, meo iu-
 dicio excusantur: non autem sartores, pictores,
 barbitonfores, aduocati, scholastici, notarij,
 scribæ, & alij similes, qui multo minus quam
 primi supradicti laborant, dum suas artes ex-
 ercent. Quamuis Ledesma in 4. part. 2. q. 17. excu-
 set sartores, barbitonfores. Sed Abulen. in Mar-
 thæum cap. 6. q. 143. Eos non excusat, & hæc opi-
 nio verior esse videtur.

Nonò queritur, An Curfores, muliones, aga-
 fones, item an cæteri, qui peregrè proficiscun-
 tur, aut toto die pedibus iter faciunt, ieiunium
 seruare debeant? Respondeo, ex communi om-
 nium sententia, quam habent S. Thomas *secunda
 secundæ*, q. 147. art. 4. ad 3. Duran. *quarto* diff. 15. q. 10. Ri-
 car. Palud. Gab. Antoninus, Angelus, Rosel. Silu.
 Tabien. *locis ante citatis*, videndū esse, an spõte, an
 necessitate iter suscipiant: deinde an profectio,

Medina de
 instruit.
 Confessor.
 lib. 1. c. 14.
 §. 10.



vel iter in alium diem commodè differri queat, an secus: Item, an ieiunium citra incommodum seruari possit, an non: insuper an pedibus, an equo sit iter faciendum. His enim perspectis res est definienda. Nam si iter necessitate, non voluntate siue spontè, suscipimus, & pedibus, non equo iter facimus, quod nec prorogari commodè, nec fieri queat, si ieiunium seruare cogamur. Si etiam iter facimus, quod quindecim, aut duodeviginti miliaria Italica compleat ordinariè minimè legibus ieiuniorum tenemur. **Quæstio** verò est, An si qui culpa sua ita sit labore fessus, vt ei necesse sit ampliùs quàm semel, edere, ieiunij lege teneatur? Quidam absolutè negant eum teneri, sicut non tenetur is, qui culpa sua grauem in morbum incidit; aut qui culpa sua iter facit, aut qui contra leges, & iura ludendo nimium est defatigatus, aut qui contra Superioris mandatum peregrinationem suscipit, quam, si ieiunium seruet, perficere commodè, aut ab ea deficiens domum redire sine difficultate non potest. Dicendum est, dubitandum non esse, quin is, de quo quæritur, ieiunium tutò soluat, si adeo est labore defatigatus, vt cibo indigeat, quamuis culpa sua in eum laborem deuenerit, quod si in fraudem legis se labore defatigauerit, peccatum quidem est in eo quod data est causa frangendi ex lassitudine ieiunij legem, ea tamen data, non amplius peccatur in ieiunio soluendo. Rosella in verbo Ieiunium, num. 21. Paludanus in quarto dist. 15. q. 4. ar. 2.

Caput XVIII.

Alie quæstiones de eadem re diluuntur.

Primò quæritur, An pietatis, misericordiæ, vel charitatis officium iustam mereatur excusationem à lege ieiunij? Respondeo, si eiusmodi officium aut lege, aut præcepto Maiorum, aut ob communem salutem obeamus, legibus ieiuniorum soluti sumus. Ita diuini verbi cõcionatores, ac similes alij Ecclesiæ ministri, liberi sunt à ieiunij, si munus suum præstare coguntur, & simul commodè ieiunium seruare nequeunt. Eadem quoque ratione excusantur Magistri, & Doctores, qui publicè alios docent. Hoc colligitur ex S. Thomæ secunda secunde, q. 147. ar. 4. ad tertium & traditur à Gabriele in quarto dist. 16. q. 3. ar. 1. Rosel. Ieiunium num. 21. immò Tabien. Ieiunium num. 16. excipit etiam eos, qui assiduè pœnitentium confessiones audiunt. Sed ijdem Auctores annotant, hoc locum habere, quando concionatores, vel Doctores, qui Lectores dicuntur, & Confessarij suum officium facere, & ieiunium simul seruare commodè nequeunt. Si res sit dubia Superioris auctoritate, ieiunij lege soluantur.

Sed quæstio nobis est, An fas sit ieiunium soluere socij vel amici gratia inuitantis nos ad prædium; aut infirmi alicuius consolandi, vel peregrini excipiendi causa? Narrant Sozomenus lib. 1. c. 11. & Nicephorus lib. 8. c. 42. historiam quandam in hæc verba: *Enit ad Spirdionem Episcopum ex itinere quidam, instante iam Quadragesima, in qua ieiunium cõmesticijs suis continuare, certiq; die cibum gustare, & intermedijs diebus ieiunius persistere solebat. Cum autem pere-*

grinum illum admodum de via fessum cerneat; Ag. inquit ad filiam, laua viri pedes, appone hæc quod edat. Respondeo te virgine, nec panem superesse, nec farinam, quod talia propter ieiunium parari non solerent. præmissa oratione, ac peccati condonatione præcepit filia carnes porcinas, quas domo sale conditas habebat, coquere: quibus coctis, peregrinum vnà secum ad mensam sedere fecit, & appositis carnibus vesci cepit; & vitium horatus est vt ipse quoque suo exemplo ederet. Recusanti, ac se esse Christianum dicens: Hoc minus, inquit, recusare debes. Mundis enim omnia munda, diuinus sermo pronunciauit. Hactenus historia. Prosper quoque Aquitanus Episcopus lib. 2. de vita Contemplatiua cap. vlt. Verum tamè sic abstinere, vel ieiunare debemus, vt non nos ieiunandi, & abstinentiæ necessitati subdamus, ne iam non deuoti, sed inuiti rem voluntariam faciamus. Si enim quoslibet aduenientes, ieiunium intermissio reficio, non solum ieiunium, sed impleo charitatis officium. Caterum si propter abstinentiam spiritaliter fratres, quos noni mea remissione delectari, contristat, abstinentia in ea, non est vitium dicenda, sed vitium: quoniam ipsa abstinentia, & ieiunij continuatio, nisi fuerit quando res exigit, prætermissa, & me inflat, & fratrem meum, cui charitas iubet inferuire, contristat. Addamus his Ioannem Gersonem in tomo 4. serm. 1. Dominica 1. Quadragesime, qui de fratre quodam refert, cū ieiunaret, accensisse ad domum quandam, cuius dominus cocenabat, quem rogauit dominus, ob amorem Dei, inquit Gerson (vt illius verbis utar) & charitatem, vt vellet canare: Fecit ille, & comedit optime, plusquam hospes voluisset, & remansit hospiti parua pars: In discipulo, dixit hospiti frater, qui excusabat se, dicens charitatem comedit. Reddeas aliàs, inquit hospes, sed noli ducere tecum charitatem, quia est gulosa nimis. Hæc Gerson. Quibus exemplis constare potest, ieiunium aliquando sine fraude prætermisissum, omni culpa vacare, eo quòd bona fide, amici, vel peregrini causa soluantur. Spirdion ille Episcopus sanctus nihil habebat, quo peregrinum de via lassum reficeret, nisi carnes porcinas, comedit ipse, ratus, peregrinum ad se diuertentem, & corporis refectioe indigentem, non aliter cibum sumpturum, nisi ipse simul ederet. Prosper verò videtur locutus de ieiunij voluntate, nõ legis necessitate susceptis: de quibus etiam fortassis Gerson agebat. Quæri solet, An vxores excusentur, si iussu mariti ieiunium soluant, item serui, si ieiunium non seruet, vt domino suo pareat: Ad hæc inferius respondebo in hoc capite, quæstione 7.

Secundo quæritur, An quis superioris auctoritate possit lege ieiunij solui? Respondeo, sicut vota, possunt auctoritate superiorum redimi pecunia, vel in aliud pietatis officium mutari, vel ex toto, aut ex parte relaxari; sic etiam ieiunia, Ecclesiæ legibus indicta. Quæres cuiusnam superioris auctoritate, solui lege ieiunij quis possit? Respondeo, ex Innocentio, Hostiensis, Ioanne Andrea, & Abbate in capite 1. c. c. Consilium, de Obseruat. Ieiunior. quando iusta causa non subest, nullius superioris, nisi Romani pōtificis auctoritate, posse ieiunium ab Ecclesia indictum relaxari, quoniam in ea quæ sunt iuris Canonici communis nullus alius præterquam Romanus Pontifex, potestatem habet, quado causa legitima nõ subest, excimendi aliquem à lege. Quando autè iusta causa est id faciendi, tutò aliquos ieiunij lege Episcopus soluit. Dices, Episcopum nõ habere potestatem in ius

communè

commune. Respondeo, Episcopum non posse ius commune ex toto abrogare vel ex parte tollere, posse tamen hunc vel illi, à lege vel canone eximere iusta de causa, nisi expressa id lex vel canon prohibeat. Et ideo in ieiuniorum canones, quando legitima subest causa, Episcopus habet potestatem hos vel illos soluendi canone siue lege, cum id non sit illi prohibitum. Et sciendum est, si causa iusta sit certa, & evidens, non indigere aliquem Episcopi auctoritate, vt à lege ieiunij eximatur. Si vero dubia, & incerta sit, necessaria est Superioris auctoritas. Hæc omnia docet communis omnium opinio. S. Thomas 2. 2. q. 147. art. 4. Angelus Ieiunium num. 20. Rosell. num. 25. Nauar. ca. 21. num. 20. & 21.

Tertio queritur, An sufficiat sola Parochi, siue proprii Sacerdotis auctoritas, vt quis lege siue præcepto ieiunij soluat. Hostiensis, & Butrius in cap. Consilium de Observat. ieiuniorum. Angel. ieiunium num. 20. Tabien. eod. verbo. num. 15. docent illam non sufficere, sed requiri Episcopi auctoritatem, tamen si iusta subest causa, dubia tamen, & incerta. Hoc inde probant, quod Parochus solus habet auctoritatem in ijs, quæ ad interiorum forum spectant: sed quempiam eximere à lege ieiunij, pertinet ad eum, qui in foro exteriori potestatem & iurisdictionem habet. Alij vero sentiunt, huiusmodi facultatem Parochi conuenire non quidem iure, sed consuetudine. Sic multi iuniores docti & pij viri, sic Silu. Ieiunium q. 7. Rosella num. 26. Caietanus secunda secundæ q. 147. art. 4. & in sum. Ieiunium; Nauar. in Man. cap. 21. Medina in sua Instructione Confessorum lib. 1. cap. 14. fol. 30. Cæterum vti aque sententia facile conciliatur. Nam quod docent Hostiens. & Butrius, id tantum locum habet, quando facile, & commode patet ad Episcopum aditus; secus autem, Parochus tuto aliquem ieiunij lege soluit, & hoc est vsu & consuetudine receptum. Quæres, an tunc etiam temporis requiratur Medici consilium? Respondeo: Si Parochus certò, & euidenter iudicet, causam iustam non subesse, Medicus consulendus est; cuius consilium Parochus sequi, & amplecti potest, & sic legem ieiunij relaxare. quod si Parochus dubia, & ambigua causa esse videatur, potestatem ipse habet à lege ieiunij quæ voluerit eximendi, quando ad Episcopum facilis non patet accessus: tunc enim Parochus Episcopi vice & munere fungitur, ac proinde Medici consilium non est necessarium.

Sed dubia est quæstio, an id iuris habeat Parochus præsentem Episcopo, ad quæ facilis aditus patet? Caietanus, & Nauarrus aiunt habere ab Episcopo. Sed quidam alij concedunt habere præsentem etiam Episcopo. Certè iure communi talem potestatem non habet Parochus; at vsu videtur esse receptum, vt id possit concedere, quia in hoc euentu non ad Episcopum, sed ad Parochum solent homines ire.

Quarto queritur, An solius Medici, vel Confessarij consilium sufficiat, vt ieiuniorum legibus liberemur? Respondeo, posse nos quidem Medici, vel Confessarij, vel alterius boni viri iudicium & sententiam sequi, quando eorum in causa nobis dubia & incerta ipsi senserint nos lege ieiunij esse solutos: eo quod causa, de qua nos ambi-

gimus, ipsis evidens & certa videatur: tunc enim legem non relaxant ipsi, sed declarant: at verò quando causa ipsis est dubia & incerta, auctoritate Superioris indigemus, quia necessaria est iuris relaxatio, ad quam Medicus, vel Confessarius, vel alius vir bonus potestatem nõ habet. Sic Angelus ieiunium nu. 19. & 20. Rosell. nu. 25. Silu. q. 7.

Quinto queritur, An auctoritate Superiorum ieiunia ab Ecclesia indicta transferri in aliud tempus, aut pecunia redimi, aut in aliud pietatis opus commutari queant? Respondeo cum Innocentio, Hostiensis, Ioan. Andrea, Butrio, & Abbate in c. consilium, de Observat. ieiunio, sine causa, videlicet iusta & legitima, nihil horum Superiorem posse præter Romanum Pontificem: ea verò causa si fuerit, hæc omnia Episcopum posse. Quare si dies festus in secundam feriam incidat, iure communi transfertur ieiunium, quod alioqui pridie illius diei seruari deberet, in Sabbatum, quod proximè præcedit. Et proinde in Francia vbi sunt templa S. Quintini dicata, ieiunium, quod in peruigilio omnium Sanctorum est obseruandum, translatum est auctoritate Episcoporum ex iure communi sumpta, in diem tertium præcedentem, quia dies festus S. Quintini, qui est in Francia admodum solemnis, & celebris, colitur pridie Omnium Sanctorum. Ieiunia itidem vel ab Ecclesia indicta, vel voto suscepta, potest Episcopus vel Confessarius commutare, vel relaxare eadem auctoritate, qua cætera vota, vel Ecclesiæ præcepta. Ieiunia etiam iussu sacerdotis Confessarij iniuncta potest commutare vel superior, vel alius, qui auctoritatem ad id habeat legitimam: & non alius. Ea verò ieiunia, quæ tanquam poenæ, auctoritate Superioris imponuntur, inferior mutare non potest: quia ius non habet in id, quod Superior imponit.

Sexto queritur, Cuiusnam auctoritate Religiosi legibus ieiuniorum solui queant? Respondeo, auctoritate Superiorum iurisdictionem quasi Episcopalem in Religiosos sibi subiectos habentium. Hi autem sunt non tantum Præfecti Generales, aut Prouinciales, sed etiam Priores, Præpositi, Rectores, denique, qui toti Collegio, Monasterio, vel Cõuentui præsunt, qui sunt præfecti locorum: non autem alij, qui in horum cura & potestate sunt; videlicet subpriores, subministri, siue Ministri Rectori subiecti. hi enim in iure, Prælati minime censentur, quoniam nõ toti Collegio præsunt. At verò Vicerecores, & alij, qui vi statuti, constitutionis, vel auctoritate superiorum funguntur vice & officio Præpositorum absentium, eandem auctoritatem, & potestatem habent. Hanc autem facultatem habent Prælati ratione sui muneris, & officij quo funguntur, non vi priuilegij. Sed quæres, an huiusmodi Prælati, & præfecti possint iusta ex causa se ipsos lege ieiuniorum soluere in ijs casibus, in quibus possunt alios sibi subiectos? Respondeo, posse, id enim colligitur ex Syluestro in verbo lex, q. 14. & ex Sorò in 4. dist. 8. quest. 1. art. 3. & lib. 1. de iust. q. 6. art. 1. ad finem. Cater. Prima secundæ q. 96. art. 5. dub. vlt. Nam quamuis nemo in seipsum alioqui iurisdictione vti queat, in hoc tamen vti potest, quia sibi permittitur, ne sit deterius conditionis quàm alij. Quid dicendum est quæret, An valeat semper

iuris relaxatio, si Episcopus vel alius eo inferior Prælatus aliquem lege ieiunij soluat? Respondeo: quando Romanus Pontifex etiam sine causa iusta legem ieiunij relaxat, valet relaxatio, quãvis fieri possit, vt peccet ipse Pontifex. nam Princeps in ius scriptum quod dicitur postium humanum, auctoritatem habet. Ita communis opinio. Quando Episcopus, vel alius inferior Prælatus sine iusta, & debita causa aliquem lege ieiunij soluit; non solum peccat, sed etiam relaxatio iuris est inanis, & irrita; quia ius commune sine causa relaxare non potest. Sic docent omnes Canonici iuris interpretes, & colligitur ex Glossa l. i. ff. de postulando, in verbo. r. r. r. r. Item si Prælatus bona fide aliquem lege ieiunij soluit, putans iustam causam subesse ad id faciendum non peccat, & relaxatio prodest, quia facta est bona fide. Insuper is qui lege ieiunij soluitur auctoritate Superioris, vel consilio Medici, aut Confessarij, tuta conscientia ieiunium soluit, quando certò, & euidenter sibi non constat causam iustam deesse: quia in dubijs melior est conditio superioris, Confessarij, vel Medici: & proinde eorum iudicio standum est, non nostro. Vltimo Prælatus in hac parte scrupulosus non fit: nec rem in subditi conscientiam rejiciat, nec eius arbitrio relinquat: sed subditum lege ieiunij soluat, quando id subditus petit, & dubia & incerta causa videtur. nam si soluit, nulli se periculo peccati obijcit, quia potestate sua vtitur relaxando. Si autem subditum lege ieiunij non soluit in causa dubia, & incerta, sed re subditi arbitrio relinquit, ipsum subditum exponit periculo peccati, & erroris, & fraudis. Hæc Caietanus in 2. 2. quæst. 147. art. 4. dub. 3. Nauar. in Manuali cap. 21. num. 20.

In Compendio Præilegiorum aliquorum ordinum regulariũ, verbo ieiunium, habetur: Possum nostri per facultatem factam omnibus quibus Congregationis S. Luce de Monte Castino, dum in Quadragesima, & vigilijs, in quibus ex præcepto ieiunatur, ier equo faciunt, manẽ sumere aliquid instar refectiois consueta, & vesperẽ cenare. Item habetur: Per facultates Minorum possunt nostri sine violatione ieiunij, maxime concionatores, cum actu concionantur, prout maiori, minori ue consolatione efficiuntur, anticipare, vel postponere horam cenæ, & vesperinam refectiũ ulam. Deinde habetur. Hanc facultatem ex causa communicare poterũt omnes Superiores. Item in verbo Dispensatio habetur: Præpositi locorum, ac Doctores possunt dare licentiam consilio Medici, vel sine eo, si commodè non possit haberi; vt nostri familiares Domorum, infirmi, seu debiles possint comedere carnes, oua, & alla, nisi interdicitur in Quadragesima, & alijs ieiunijs Ecclesiasticis, sine licentia Diocesan: vel si sint soluti a lege ieiunij in prædictis temporibus, etiam sine consilio Medici.

Septimò quæritur, An metus alicuius mali legitimam det excusationem ieiunij? Respondeo, metum iustum dare, si iusta verò formido nõ sit, non liberat quemquã a lege ieiunij. Iustus porro metus dicitur is, quem leges & iura approbãt, qualis est qui in virum constantem cadit. Ex quo fit, vt si quis periculũ mortis, seruitutis, captiuitatis, carceris, tormentorum, iacturæ bonorum, vel ex toto, vel magna ex parte incurrat, solutus ac liber sit a lege ieiunij. Caiet. 2. 2. quæst. 147. art. 3. & in

sum. in verbo ieiunium, finge vxorem virum habere durum, seuerum, imperiosum, qui si viderit, aut nouerit eam ieiunium seruare, indignatur, male tractat eam, rixas excitat, odio, dissidio, discordia alienatur ab ea, tunc vxor talis ieiuniorum legibus non tenetur. Finge foeminam viro heretico nuptam, quam tamen sinit Catholicos ritus seruare, & tenere, at non patitur eam ieiunia colere, non quod id faciat odio, & cõceptione religionis Catholicæ, sed quod dicat ea ieiunia esse cum detrimento, & incommodo suo, & familia, tunc vxor eiusmodi libera est a lege ieiunij, vt maioris boni iacturam deuitet, nempe cõmunem familiæ discordiam, & perturbationem. Et ita vxores a ieiuniorum legibus excipiunt in his casibus Angelus verb. Ieiunium nu. 17. Rosel. nu. 7. Silu. q. 9. Nauar. in Man. cap. 21. nu. 19. Innocent. Abb. in Rubri. de obseruat. ieiunio. Palud. in quarto dist. 16. q. 10. Antonin. par. 2. tit. 6. cap. 2. §. 6. Item finge Christianum, siue virum Catholicum, per provincias Turcarum, Hæreticorum, Paganorum transeuntem, cui vel in ipso itinere, vel in hospitij, vel in comitatu sociorum, cibi prohibiti offeruntur, quos si rejiciat & respuat, prodit se ipsum Christianum, vel Catholicum, & ob id periculum libit, aut mortis, aut amissionis bonorum, aut carceris, aut tormentorum, hic vel ille non cogitur lege Ecclesiæ se ab ijs cibis tunc abstinere: nisi vel sit aliorum magna offensus, aut nisi exploretur & tenetur eius religio auctoritate publica, vel inde religionis nostræ despectio oriatur, aliter enim nisi hæc aut alia similia mala creentur, vterque eorum liber est a lege ieiunij: quia hoc non est, eorum falsam, & vanã sectam, & superstitionem profiteri, aut veram deferere fidem & religionem. nam multis de causis potest quis cibis vti, ac proinde etiam ab ijs, aut illis ciborum generibus abstinere. Per se ergo indifferens est carniũ vsus, neque est natura sua huius vel illius veræ, aut falsæ religionis nota. Item remiges in triremibus Turcarum, Saracenorum, vel Paganorum, & alij itidem serui, famuli vel operarij conducti, non omnino legibus ieiuniorum obligantur, si ea seruare non possunt, dum sum debitu obsequium, famulatum, operam, laborem & officium præstant; aut damnum quod sit alicuius ponderis & momenti patitur, si ieiunia seruent, dummodo non cogantur ob contemptum, Ecclesiæ ieiunia prætermittere.

Caput XIX.

Quam vim habeat consuetudo ieiunij vel obseruandis, vel violandis.

DE hac Quæstione Maior in 4. dist. 35. q. 5. Medina q. 8. de ieiunio.

Primò quæritur, An contra ieiunij lege & iure indictum valeat consuetudo? Hostien. in Rubrica c. 2. de obseru. ieiunio. videtur innuere, eam consuetudinẽ non valere. Abbas verò ibid. distinguit: Contra substantiam ieiunij consuetudo, inquit, nõ valet: contra modũ verò ieiunij valet, hoc est: Ex toto ieiunium cõsuetudo abrogare nõ potest; at verò horã edendi potest mutare. Itẽ potest aliquos cibos alioqui

prohi-

prohibitos introducere, nam alicubi in Quadragesima lac, caseus, & butyrum de more comeduntur; Et consuetudo itidem, vespertinam corporis refectiuiculam inuexit. Fortassis Hofiensis, & Abbas loquuntur de ieiunio Quadragesimo, quod proximè ante Pascha suscipitur. Dubitari non potest, consuetudine, aliqua ieiunia in totum abrogari, vt docent Maior, & Medina locis citatis, Glossa in cap. 2. de obseruat. ieiunio. Palud. in 4. dist. 15. q. 4. art. 3. Antonin. 2. par. tit. 6. cap. 2. §. 2. Rosell. Ieiunium num. 5. Silu. q. 2. Ratio est, quoniam ieiunium in certis diebus inditum, iuris est tantum ca noniciat leges & iura humana nisi vsu recipiantur, nullam vim & auctoritatē acquirunt. Et rursus consuetudine ita abrogantur, vt vim acquisitionis amittant. Item in c. Statuimus dist. 3. decretum est, vt Clerici septem hebdomadas, quæ proximè Pascha antecedunt ieiunio consecrent: & tamen consuetudine ieiunium septimæ hebdomadæ ante Pascha sublatū videmus. Olim etiam feria quarta cuiusque hebdomadæ ieiunio erat deputata, quod quamuis alicubi locorum, vt in Græcia, & quibusdam locis Poloniae regno subiectis, & teste Maiore loco citato, in Scotia & Britannia retentum sit, alibi tamen nequaquam seruatur, ita vt etiam carnes comedantur. Et in c. Consilium, de obseruat. Ieiunio. refert Innocentius III. apud Romanos quo tempore Aduentus Domini celebrabatur, ieiunium agi, quod tamen postea vsus & consuetudo deleuit cap. Ex parte de obseruat. ieiunio. habemus ieiunium seruari in pridianis festorum Apostolorum diebus: & tamen nonnullis in locis ieiunium non colitur in peruigilijs Iacobi Zebedæi, Matthæi, Bartholomæi, & Thomæ: vt referunt Paludanus & Antoninus locis citatis, & dicitur in sermone 24. apud Augustinum ad Fratres in eremo, si tamen eiusmodi sermonum auctor est Augustinus. Maior eo in loco, quem paulò antè allegauimus, Gallos, ait, solum ieiunium seruare in peruigilijs Apostolorum, quæ enumerat Glossa in cap. Consilium, de obseruat. ieiunio, his versibus contenta:

“ Petrus & Andreas, Paulus, cū Simone, Iudas
 “ Vt ieiunemus, nos admonet, atq; Matthæus.

Secundò queritur, An in ieiunijs, Monachi, vel alij Religiosi, moribus Clericorum secularium teneantur, & Clerici moribus laicorum? Paludanus in quarto dist. 15. q. 4. art. 3. Antoninus secunda par. tit. 6. cap. 2. §. 6. Rosella ieiunium num. 16. Silu. eod. verb. q. 2. id negant: Consuetudo, inquirunt, Laicorum, Clericos non tenet, nec Clericorum secularium; Religiosos: quia sunt varij modi abstinentiæ inter hos tres personarum status, & plura ieiunia seruant Clerici quàm Laici, & Religiosi quàm Clerici Seculares. Vnde eorum ieiunijs non ligantur, quorum moribus à suis ieiunijs non soluantur: iuxta Regulam Iuris: Quem non honoro, nec onero. Hæc ex illis: quæ non in omnibus locum habent. In primis si aliqua plena, vel semiplena ieiunia consuetudine generali sint in aliqua prouincia, oppido, vel loco recepta, ea quoque in Monasterijs, & Religiosorum Collegijs intra eum locum constitutis seruari debent: sunt enim ea ieiunia omnium communia, quippe quæ moribus omnium in eo loco commorantium sunt approbata. Nam pari ratione si dies festi in aliquo loco consuetudine, & vsu om-

nium communi coluntur, obseruantur etiam in monasterijs intra eum locum positis. At si consuetudo in ieiunijs solum sit laicorum, clericos non ligat: item si tantum sit laicorum, & clericorum secularium, monachos & alios religiosos non tenet: & hoc est, quod Paludanus & alij docuerunt. Queret, an si aliqua ieiunia Diocesani publica auctoritate indicantur, ea Constitutione Monasteria quoque intra diocesim sita teneantur: non enim videntur teneri, quia Monachi auctoritati & iurisdictioni ipsorum subiecti non sunt. Sed tamen ex altera etiam parte alligari videntur: quia si Episcopus dies festos indixerit, aut loci interdicto ciuitatem subiecerit, Monasteria seruare illud debent, ergo & ieiunia, si quæ indixerit. Negant quidam idem esse iuris de legibus ieiuniorum, quod de interdictis & diebus festis: quoniam iure communi constitutum est, vt Religiosi seruent interdicta, & dies festos auctoritate Episcoporum indictos, nihil tamen est de ieiunijs sancitum. Cum ergo Religiosi sint ab Episcopi potestate exempti, non videntur adstringi hiæc ieiunijs quæ indicit Episcopus: veruntamen ne alios offendant, ea seruare debent. Quod itidem Paludanus & alij tradiderunt, in hoc locum habet: quod laici, & Clerici etiam seculares in quibusdam diebus ieiuniorum carnibus, vel ouis, butyro, & alijs huiusmodi de more vescuntur, quæ tamen Consuetudo eos Monachos vel Religiosos non comprehendit, qui instituto & Regula his diebus, vt prædictis cibis non possunt. Et hoc ideo est, quia talium ciborum vsus instituto, & regula monachali prohibetur. Pari ratione, si canone aliquo vel lege sit cautum, ne Ecclesiastici certo die carnes edant, quæuis consuetudine laici eo die carnibus vescerentur, ea consuetudo ad Clericos minimè traheretur, nisi ea quoque sit apud Clericos recepta. Quo fit, vt in Hispaniæ prouincijs, in quibus Laici, & Clerici singulis quibusque sabbatis totius anni, præterquam in Sabbatis Quadragesimæ, & Quatuor Temporum, & Peruigiliorum sanctorum, more & consuetudine edunt extremas caforum animalium partes, capita nimirum, pedes, iecur, pulmones, & intestina, Monachi. S. Benedicti Regulam professi, qui in illis partibus commorantur, eiusmodi cibis vti nequeant, quia ad eos consuetudo trahi nequit, cum instituto & Regula talium ciborum vsus sit interdictus; nisi apud eos recepta quoque laicorum consuetudo locum & vim habeat.

Tertiò queritur, An consuetudine apud Monachos, & Religiosos induci queat vsus ouorum, casei, butyri, aut etiam carniū, tamen eorum regula, vel instituto prohibitus sit? Respondeo consuetudinem aduersus ea, quæ ad Religionis substantiam pertinent, aut quæ iure communi Monachi, & Religiosi præstare, & exequi iubentur, nulla consuetudine contraria obstante, non valere: & talis est Consuetudo inducta contra aliquid eorum, quæ ad tria vota spectant, aut etiam fortassis contra habitum Monachorum, vel Religiosorum proprium, & peculiarem: nam vt ait Abbas in cap. Super eo. de regular. Religionis substantia sunt tantum tria vota: ex c. Cū ad Monasterium in fine. de statu Monach. At verò consuetudo inducta

aduersus

aduersus ea, quæ tantum Regula præcipit aut prohibet, valet, si fuerit impune permiffa. Hinc est, vt in Hispania, si apud ipsos Monachos S. Benedicti Regulam professos, sit inducta consuetudo in Sabbatis extremas animalium partes edendi, ea valeat, non quia laicorum consuetudo ad Monachos protendatur, vt Superiori quæstione iam dixi; sed quia sit consuetudo, Monachorum vsu approbata, quæ sicut legem humanam ex toto, vel ex parte interdum abrogat. Sic etiam Religiosi instituti Regulam ex ea parte, qua tantum est iuris humani, non diuini, vel naturalis, vel communis.

Quartò quæritur, An aduenæ & peregrini in ieiunijs, indigenarum & incolarum consuetudinibus teneantur? Respondeo, è communi omnium sententia teneri consuetudinibus, apud quos comorantur & habitant: vel si ad eos venerint, causâ habitandi apud eos: & hoc non solum ne cæteris præbeant offensionem, sed absolute etiam & simpliciter citra vllam offensionem; vt si clam & occultè comedant, satis enim est, si domicilium in loco habeant, aut in eo commorentur: vt patet ex l. *Hæres absens ff. de Iudicijs*, & colligitur ex c. *Illud*, & c. *illa* dist. 12. vbi Ambrosius Augustino respondit: *Ad quamcunque Ecclesiam accesseris, eius consuetudinem serua.* Idem etiam constat ex c. *que contra* dist. 8.

Verum illud dubiæ quæstionis est, An viatores teneantur consuetudinibus eorum, per quorum loca transeunt, quia non in his locis comorantur, nec ad ea se conferunt habitandi gratia. Hanc quæstionem breuiter tractauit Glossa in cap. *illa*, dist. 12. & c. *que contra* dist. 8. & ibi Geminianus, Præpositus, & Archidiaconus, & Turrecremata. Dux sunt opiniones; prima negat absolute eos teneri, sed solum causa vitandæ alienæ offensionis; quare si priuatim, & occultè edant, possunt vti cibis, quibus vtebantur in patria. Sic Præpositus, Archidiaconus, Geminianus, Turrecremata, cum Glossa in c. *que contra* dist. 8. Ita Paludanus in quarto dist. 15. quæst. 4. art. 3. Antonin. *secunda par. tit. 6. cap. 2. §. 2. Rosel. Ieiunium nu. 16. Silu. Ieiunium quæst. 2. num. 2. & q. 10. num. 28. ad finem.* Id probant ex cap. *illa*, dist. 12. Nam Ambrosius respondit Augustino, consuetudinem esse seruandam ad quamcunque Ecclesiam quis accesserit, ne alijs offensio præbeatur; ergo vbi nulla est aliorum offensio, mos nostræ gentis, ciuitatis, vel populi seruandus est. Et in l. *Hæres absens*, §. *Proinde ff. de Iudicijs* statuitur, vt aduenæ, qui certo loco domicilium habet, tabernam, vel officinam conductam, eo loco conueniarur. Si verò sic venit, vt confestim discedat quasi viator, durissimū est, vt tot locis conueniatur, quot quis nauigans vel iter faciens delatus est. Et in l. *Dëbitor*, ff. *De Pignoribus*, solum obligantur legibus ciuitatis perpetuo habitantes; dicitur enim ibi, *Quæritur, an & Stichus villicus & cæteri serui ad culturam missi & Stichus vicarij obligati essent?* Respondit, eos dumtaxat, qui hoc animo à domino indulti essent, non temporis causa accommodarentur, obligatos. Secundaverò opinio affirmat, viatores, & eos, qui iter faciunt, etiam absque domicilio, gentis, vel populi, ad quem veniunt, consuetudinibus teneri. Sic Conarruias lib. 4. *variæ. resolut. cap. 20. num. 8. prope finem*, vbi citat Bo-

nifacium, Cardialem & Abbatem. Sic etiã Maior in quarto dist. 15. q. 5. contra Præpositum & Paludanum. Sed reuera durissimū est, viatores & iter facientes ligari in ieiunijs, consuetudinibus eorum, per quorum loca transeunt, vt tot ieiunia seruare cogantur, quot sunt loca gentis, per quæ deferuntur, & ad quæ veniunt non voluntate commorandi, sed alio transeundi. Prima igitur opinio est verior, aduenas ratione domicilij, tabernæ, vel officinæ, pergulæ, vel horrei conducti consuetudinibus gentis vel populi teneri; item viatores si aliquo venerint voluntate habitandi, ligantur consuetudinibus eorum, per quorum loca deferuntur, deducuntur, pergunt, & transeunt. Nihilominus tamen si his in locis prouideant vel coeant, cibis quibus vtuntur incolæ, vt sci debent ad vitandam offensionem aliorum. Et hæc omnia puto primam opinionem dicere voluisse. *Quæres* an viator, qui per loca transit, in quibus de more carnes comeduntur, possit turbè carnis vesci in illis locis, quamvis eo tempore consuetudine, vel statuto suæ gentis, sit carniū esus interdictus? Respondeo, posse eos vti carnis; nam est viator in ijs, quæ ad potenas, odia, & onera pertinent, non obligetur consuetudine gentis, per cuius loca transit; in ijs tamen, quæ gratiam, fauorem, & honorem continent, potest gaudere, & vti consuetudine gentis, vel populi, per cuius loca transit; sicut Nouitius gaudet priuilegij Ordini, vel Religioni, cuius nouitius est, concessis: quamvis non teneatur legibus & statutis ordinis, vel Religionis. Non habeo Auctorem hoc asserentem: sed hoc mihi probabile videtur.

Caput XX.

De peccatis quæ Ieiuniorum violatione committuntur.

Primò quæritur, An omnia ieiunia sint libera, an potius quæ sunt ab Ecclesia indicta, seruari necessariò debeant? Nostri temporis Hæretici sentiunt, omnia generatim ieiunia esse libera: vnde ieiunia non damnant, nec tollunt, sed aiunt illa cuiusque arbitratu esse suscipienda: quam hæresim olim tradiderunt Aeriani, vt referunt Epiphanius hæresi. 75. Philaster, & Augustinus de eodem. Hoc autem probare, & ostendere illi se putant primū ex illo Apostoli primæ ad Timotheum primo, *Iusto lex non est posita.* Deinde quia liberi sumus à iugo veteris legis in libertatem vocati. Præterea Augustinus Epist. 86. ita scripsit ad Casulanum. *Si meam sententiam quæris, ego in Evangelicis, & Apostolicis litteris, totiq; Instrumentis, quod appellatur testamentum nouum, omnino id revolucos, video esse ieiunium præceptum: quibus autem diebus non oportet ei ieiunare, & quibus oportet, præcepto Domini vel Apostolorum, non video definitum.* Hæc Augustinus. Denique adferunt Hæretici historiam Spiridionis Episcopi, quam supra ex Sozomeno lib. 1. Ecclesiast. *Histor. cap. 11.* & Nicephoro lib. 8. cap. 41. retulimus; & historiã de Attalo illustri Martyre, & Alcibiade, quã inferius producemus ex Euleb. lib. 5. *Ecclesiast. hist. c. 3.* & Nicephoro lib. 4. cap. 18.

Cæterum

Ceterum Catholica est sententia, ieiunia ab Ecclesia indicta obseruare nos oportere, alioqui violata, animæ noxam asserre. Quamuis autem, ut superius indicauimus, quorundam fuerit Catholicorum sententia, lethalem culpam cum non admittit, qui hæc ieiunia prætermittit, nisi quodam animi contemptu negligat, attamen communis & certa est omnium opinio, lethalis, vel venialis saltem peccati labe animam pollui, si absque iusta causa, etiam quæ nullum contineat contemptum, violauerit. *Canone 68. Apostolorum, a matheate feriuntur laici, qui Quadragenarium numerum non seruauerint, nisi corporis imbecillitate fuerint impediti. In Concilio Gangrensi cap. 69. habetur: Si quis eorum qui exerceantur, absque corporali necessitate se insolenter gerunt, & iradita ieiunia, que communiter seruauerunt ab Ecclesia, dissoluant, perfecta in eo respiciunt ratione; anathematis. Concilium Toletanum 4. Canon. 7. Sic statuit. Quicumque in die Passionis Dominice, præter pauculos senes, & languidos, ante perambulationem præces ieiunium soluerit, à Paschali gaudio depellatur, nec in eo Sacramentum Corporis, & sanguinis Domini percipiat, qui diem passionis eius per abstinentiam non honorauit. Concilium Carthaginense 4. Canon. 64. Clericum quendam propter violatum ieiunium, & Superiori gradu ad inferiorem deiecit. Ambrosius itidem *Serm. 25. Quisquis Christianus, inquit, confectus à ieiunando non impleuerit Quadragesimam, præuocatus & contumacia reus tenebitur. Ibidem: bis dicit non esse leue peccatum: & demum quantum sit peccatum, ieiunium Ecclesiæ temere violare, ostendit exemplo de ieiunio à rege Saule uenero populo indicto, & à Ionata, filio eius per errorem præmissis. Augustinus *Serm. in Sabbato ante Quadragesimam. Alijs diebus, ait, ieiunare, remedium est, ac premium: in Quadragesima non ieiunare, peccatum est. Alio tempore qui ieiunat, accipit indulgentiam: in Quadragesima qui non ieiunat, sentiet penam. Hæc illi patres. Armeni etiam, cum in sabbatis tantum, & Dominicis diebus in Quadragesima uescerentur ouis, & butyro, Synodus sub Imperatore Iuliano, in Trullo coacta. *Can. 56. lege cauit, ne quis oua, ac butyrum ederet in Quadragesima: Alioqui, inquit, Clericus deponatur, Laicus à communionem ardeatur. Quæ item Synodus Toletana, Capite nono, grauius verbis Quadragenarij obseruantiam ieiunij præcipiens, *quisquis, inquit, absque inuitabili necessitate atque fragilitate, ut euidenti languore, sic etiam impossibilitate diebus Quadragesimæ system carnium præsumpserit attentare, non solum reus erit reuelationis Dominice, nec non etiam alienus à sancta eiusdem diei communionem. Et hoc illi cumuletur in penam, ut ipsius anni tempore ab omni esu carnium abstinere, quia sacris diebus abstinentia, oblitus est disciplinam. Illi uero quos aut etas incarnat, aut necessitas arctat, non ante prohibita violare presumant, quam à sacerdote permisionem accipiant. Ita Synodus. Quanto satius olim Byzantini fecerint, ita refert Nicephorus *libr. 17. Eccles. Histor. capit. 32. Cum fames Byzantijs increbuisse, Iustinianus Imperator præcepit, ut secunda statim ieiunii Quadragenarij hebdomada, carnes in foro uenales exponerentur. Et hoc quidem sic per vim actum. Populus autem, inquit Nicephorus, qui pietatem sibi consecrandam statuisse, neque eas emebat, neque edebat, morrem sibi potius subeundam ratus, quam quicquam de patrijs moribus, & tra-******

ditionibus mutare. Et certè Augustinus in *Epist. 86. ad Casulanum, & Hieronymus in Epist. ad Lucinum Boeticum* de ieiunijs agentes, Maiorum instituta & consuetudines docent esse pro legibus habendas. Id uero quod principio est obiectum, ex Apostolo; *Iusto legem non esse positam: Patres communiter interpretantur: Quia Iustus sponte sua præstat quod lex iubet, nec ad id pœnæ formidine mouetur, aut trahitur. Ad historiam uero Spiridionis & Attali, commodiori loco inferrius respondebo.*
 Secundo queritur, An certis diebus & temporibus ieiunia seruare, sit Iudaicæ superstitionis ritus? Id Hæretici asserere non dubitant, immò, in Nouo etiam Testamento aiunt esse prohibitum certis diebus ieiunia colere. Nam ad Romanos. 14. scribit Apostolus: *Alius iudicat diem inter diem: alius autem iudicat omnem diem: & ad Galatas quarto. Dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos.* Deinde quia Christus & Apostoli, ut aperte Augustinus *Epistola 86. testatur, nullos dies certos constituerunt, qui ieiunio deputarentur.*
 Ceterum quicquid Hæretici delirent, conuenit inter Catholicos, ieiunium certis diebus ac temporibus suscipi & agi debere, quia id præcipiat Ecclesia, aut consuetudo recepta seruet. Nec tamen inde continuo fit, ut vsu Iudaeorum dies, menses, & tempora colamus. Nam ut ex Hieronymo super *Epist. ad Galatas cap. 4. illis uerbis, Dies obseruatis & menses, manifestè colligitur, illi obseruabant dies & tempora in memoriam, & recordationem præteritorum, & ut umbras ac figuras rerum futurarum; Nos uero, ob tristitiam & Iudæum Apostolorum ac Martyrum, & ob imitationem & exemplum Christi Domini. Non igitur, ut isti nugantur, nos dies obseruamus, quia lex antiqua præcepit; sed quia Ecclesia iussit, ac Maiorum nostrorum mos & consuetudo quasi legem præscripsit. Et licet Augustinus dixerit, in Nouo testamento ieiunium præcipi; sed quibus diebus sit ieiunium seruandum, & quibus non obseruandum, nec Christum, nec Apostolos instituisse, parum tamen refert: tum quia solum uidetur locutus de præcepto scripto, non autem uiua uoce tradito, tum etiam quia alibi saepe docet has esse Apostolorum Constitutiones. Et quamuis tales non essent: ait tamen ille, Maiorum consuetudines & instituta pro legibus habenda.
 Tertio queritur, An abstinere à certo ciborum genere, Iudaicam sapiat superstitionem & ritum? Hæretici ieiunia quidem admittunt, sed libera dumtaxat & voluntaria, ut dixi: ita ut quando cuique liberum fuerit ea suscipere, fas sit, non lex, & præceptum. Sed ciborum delectum in ieiunijs condemnant: ita ut ieiunium nihil aliud esse fateantur, quam temperantiam, qua quis in mediocritate quadam, quoscumque cibos uoluerit, sumat: ac propterea censent esse contra Christi Domini præceptum, & Apostolorum institutum, in ieiunijs certa ciborum genera prohiberi. Nam Matth. quinto Dominus ait: *Non quod intrat in os, inquinat hominem, sed quod procedit ex ore, hoc inquinat hominem. Item Luc. 10. In quamcumque ciuitatem intraueritis, & susceperint uos, manducate que apponuntur uobis,**

vobis, Actorum decimo dictum est Petro: *quod Deus purificauit, tu commine ne dixeris*: Genes. etiam primo & nono dixit Deus: *Omnes pisces maris manus vestrae traditi sunt*; Et omne quod mouetur & uiuit, erit uobis in cibum: quasi olera uirentia dedi uobis omnia. Ad Titum dicit Apostolus: *Omnia munda munda; conquinatis autem & infidelibus, nihil est mundum, sed inquinata sunt eorum mentes & conscientia*: 1. ad Corinthios decimo: *Omne quod in macello uenit, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam. Domini enim est terra, & plenitudo eius. Si quis uocat uos infidelium, & uultis ire; omne quod uobis apponitur, manducate*. 1. ad Timoth. 4. *Omnis creatura Dei bona est, & nihil rejicitur, quod cum gratiarum actione percipitur, sanctificatur enim per uerbum Dei, & orationem*: ad Coloss. 2. *Nemo uos iudicat in cibo aut in potu, aut in parte diet festi*. 1. ad Timoth. 4. Spiritus manifeste dicit, quia in nouissimis temporibus discedent quidam a Fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis demoniorum, prohibentium nubere, abstinere a cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus: & ijs qui cognouerunt ueritatem. Præterea, ueteris legis fuit, inter cibos distinguere, alios mundos, alios immundos. Postremò apud Eusebium lib. quinto cap. tertio *Histor. Ecclesiasticæ*. & Nicephorum lib. quarto cap. 13. narratur historia de Attalo martyre, qui cum uideret Alcibiadem quendam eadem ex causa, ac se, nimirum ut Christum confiteretur, in uincula coniectum, eodem uti squalido uiuendi genere, quo cum liber adhuc a uinculis esset, usus antea fuerat, nihil ut præter panem ederet, nihil præter aquam biberet: quoniam reuelatum illi fuerat non rectè agere Alcibiadem, qui creaturis Dei non ueretur, & alij præterea offensionis occasionem relinqueret, peruersit Alcibiadi, ut intrepidè cuncta usurparet, ac proinde Alcibiades postea nullo discrimine omne genus cibi, citra satietatem tamen cepit, & gratias Deo egit, qui quod ei defuerat, ita expleuisset.

Veruntamen una est, & concursus omnium Catholicorum sententia, nullum cibum esse per se malum, ac proinde Ecclesiam in diebus ieiuniorum a certis cibis abstinere: non quòd eos damnet ac iudicet esse per se detestabiles, & naturali iure damnatos, sed eo tantum, ut corpus castiget & domet, ac contineat se à delicatis ciborum generibus. Fuit hæresis Manichæi, Priscilliani, Marcionis & aliorum, qui à certis quibusdam cibis abstinere, tanquam natura sua malis, & immundis: ac ideo editi ab Ecclesia Canones sunt, quibus ea hæresis damnatur. In primis extat Apostolorum Canon 22. quic sic habet: *Si quis Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus non propter mentis exercitationem, sed propter abominationem festis diebus uino, & carnibus non uisitat, deponatur*. In Synodo Ancyrana Can. 14. Sic decernitur: *De ijs qui in Clero sunt Presbyteri, uel Diaconi, & abstinent à carnibus, hoc placuit statui, ut non tanquam immundas contemnant, sed contingant à quibus quis se continere uoluit, habeant potestatem, ita tamen ut eas pollutas esse non iudicent*. Synodus Toletana prima: in assertionem fidei, ad finem. *Si quis dixerit, aut crediderit carnes animum seu pecorum, que ad escam date sunt, non tantum in castigationem corporis abdicandas, sed tanquam immundas execrandas esse, anathema sit*. Concilium Bracarense 1. Can. 14. *Si quis immundos putat cibos carniū, quos Deus in usum hominum de-*

dit, & non propter afflictionem corporis, sed quasi propter immunditiam earum, abstinat; ita ut nec olera cum carnibus colla gullet sicut Manichæus & Priscillianus dixerunt, anathema sit. Iure itaque naturalis nullus est cibus per se malus: iure uero diuino in ueteri Hebræorum populo discreti sunt cibi, ita ut alij immundi haberentur, alij mundi: sed præceptum fuit quod ad illius populi cæremonias pertinebat, quæ Christi Domini morte sunt abrogatæ. Quare Paulus Apostolus in locis paulò antè productis ostendit, Christiano non esse abstinendum à cibis tanquam natura sua malis, quod fuit Hæreticorum dogma, quos in spiritu prædixit esse uenturos. Item docuit non esse abstinendum à cibis, more & ritu Iudæorum, quorum cæremoniarum iam erant sublata & extinctæ, nunquam amplius uel legis seruanda. Et hoc dictum est Petro; ne scilicet cibos amplius ex Mosis lege discerneret. Nunquam tamen Apostoli docuerunt non esse à certis cibis abstinendum ut corpus castigetur, & sensus refrenentur, & mens ad cælestia contemplanda promptior, & expeditior reddatur. Et Christus dicit: *Non quod intrat in os, conquinat hominem*: quia reuera caro, que in die ieiunij comeditur, non per se animum commaculat, sed uoluntatis affectus, Ecclesiastici ieiunij præceptum negligens: Attalus etiam Martyr meritis Alcibiadem admonuit: quia nimirum illa nimiam seruabat abstinentia, occasionem offensionis alijs præbebat: credebatur enim à cibis abstinere, tanquam per se malis & immundis, aut quòd ritu Iudæorum putaret legem ueterem cibos discernentem seruare oportere. Ecclesia itaque in suis ieiunijs præcipit esse abstinendum à carnibus ad carnis lasciuiam comprimendam.

Quarò queritur, Cuius uirtutis sit opus Ieiunium? Respondeo, esse officium Temperantiæ: quare qui Ieiunium ab Ecclesia indictum uiolat, intemperans est. Et quamuis sint qui doceant, eum Inobedienciæ crimen admittere, qui imperata ieiunia negligit: nos non negamus id ita esse, si ea prætermittat, quia parere legitur: Nihilominus tamen quodcumque sine iusta & legitima causa ieiunium quis indictum prætermittit aut soluit, contra temperantiæ crimen admittit.

Quintò queritur, An si quis ieiunium in certo die indictum uiolat, aut quia non potest, aut quia non uult id seruare, debeat alio die ieiunium suscipere? Quidam senserunt non quidem in uoluntate ieiunium prætermittendum, esse alio die seruandum: quia si quis, inquit, ob corporis imbecillitatem ieiunium non seruat, non debet in alium diem transferre. At is qui qui eo die ieiunium solueret, quia uel horam edendi anteuertit, uel quia amplius quam semel edit, debet alio die ieiunium seruare, ut præcepto satisficiat. Id ostendunt primùm, quia in cap. Ex parte de Obseruat. ieiunio. Sic habetur: *Ut ieiunium, quod in Sanctorum per uigilia seruari debet, in alium diem transferatur, quando per uigilia in diem festum incidit. Deinde in l. Celsus §. sed ipse. ff. de Receptis arbitri dicitur: Si cui præcipiatur ut soluat intra Calendas Ianuarias, & non soluit, debet deinde soluere: quia duo mandata in uno continentur, nimirum ut soluat,*

vt iouat, & iouat intra Ianuarias Calendas. Et in cap. cum dilecti, de Dolo & Contumacia: Si cui imperetur, vt intra certum diem se in iudicio sistat, nisi fecerit, debet elapso eo die venire. Ergo à simili cum precipitur nobis, certo vt die ieiunium seruemus, duo præcepta continentur, nimirum Ieiunij, & certo die ieiunium suscipiendi. Ceterum Abbas in cap. primo. De Obseruat. ieiunio. expressè docet non esse alio die ieiunium seruandum. Et probat à simili: quia si quis die festo rem diuinam non audierit, non debet eam alio die audire. Et si quis Sacerdos certo die Diuinum Officium omiserit, id persoluere sequenti die non cogitur. Si mihi relinquatur vltus fructus ad biennium proxime futurum, & impediatur, petere non possum vltum fructum alterius biennij, quia non est idem vltus fructus. *l. si vltus fructus mihi. ff. de vltis, et vltus fructus, legatis.* Atque hæc est communis opinio, & vera, Palud. quarto distinctione 15. questio. quarta. articulo quinto, ad finem. Sylu. in verb. Ieiunium questione vltima, numer. 22. Angelus numer. 21. Rosel. mon. 24. & Tabien. numer. 14. Addit verò Palud. loco citato: qui vouit se bis aut semel in hebdomada ieiunium suscipitur, & diem certum non constituit, si in vno die ieiunium cepit violauerit, quia voluit culpa sua violare, vel quia legitime impeditus ieiunium seruare non potuit, debet in alio die eiusdem hebdomade ieiunium colere, vt suum votum impleat, antequam hebdomada elabatur. Sic intelligo, quod dicit Palud. eo loco: alij putant sensum Paludani esse: eum debere ieiunium suscipere in alio die etiam alterius hebdomade.

Vt argumenta verò obiecta diluantur, annotandum est, dupliciter aliquid ad certum tempus imperari: Aut enim imperatur in cultum, & honorem certi temporis, Aut ne res diutius prorogetur. Primo modo quando quippiam precipitur, si constituto tempore non fiat, eo transacto, amplius fieri non debet, & talia sunt præcepta ieiunij seruandi certis temporibus, & sacrum audiendi diebus festis, & quotidie Diuinum Officium persoluendi. Pari ratione qui debet operas certi diei, & impeditur, nõ debet operas alterius diei, quia non sunt ea dem operæ hodiernæ, & crastinæ, *l. si non sortem. ff. libertas. ff. de condit. indebi.* Posteriori modo quando aliquid imperatur, nisi fiat tempore statuto, fieri debet eo elapso: & tale est præceptum, vt Titius iouat intra Calendas Ianuarias: item, vt in iudicium ad certum diem veniat: tale idem, vt semel quotannis quisque Sacerdoti sua peccata confiteatur: talia etiam erant olim mandata, vt in Paschate & Pentecoste baptisma susciperetur. Palud. 4. dist. 17. quest. 2. art. 5. vers. secundum casum. Nec obstat quod Ecclesia iusserit, ieiunia, quæ in Perugilijs Sanctorum seruari nequeunt, in diem proximè præcedentem transferri: quoniam id peculiare est in eiusmodi ieiunijs. Sic enim Ecclesia sua auctoritate constituit.

Secundo queritur, An si duo ieiunia ab Ecclesia indicta in eundem diem inciderint, debeat eorum alterutrum in alium diem transferri. Respondeo cum Archidiacono in cap. De ieiunio distinctione 76. & Ioanne Andrea in cap. cum in cunctis, §. 1. de elect. Non esse transferendum, generatis enim Ecclesie con-

suetudo habet vt vtrique præcepto satisfaciamus vnico ieiunio.

Septimo queritur, An qui ieiunium violat, cum duo ab Ecclesia indicta ieiunia seruari deberent, duplex peccatum admittat; vt si perugilium S. Matthei in Quadragesimam, aut perugilium S. Matthei in Quattuor anni Tempora incurrerit. Nauar. in Manuali cap. 11. nume. 4. vers. ex quo colligitur, respondet, duplici peccato seipsum obstringere, quia duo præcepta perfringit, quippe qui duas leges, & iura conuellit. Sed verius est quod alio loco dictum & ostensum est à me, non committi nisi vnum peccatum tantummodo: quia peccata nõ multiplicantur specie vel numero nisi ratione rei obiectæ, vel finis propositi, vel alicuius alterius adiuncti, hoc est, circumstantiæ adhibitiæ, vel quia actus peccati repetitur, non autem sola distinctione præcepti: alioqui enim furtum lege naturali, diuina, Canonica, & ciuili veritum, quatuor turpitudines haberet. At in præsentia questione nihil horum contingit: neque enim est species rei obiectæ diuersa, neque finis, vel alia circumstantia distincta, neque actus replicatur. Dices peccatum numero distingui, quia præcepta diuersa violantur. Hoc nihil efficit; quia actus peccatorum, numero non differunt, nisi quia res obiectæ distinguitur, aut quia actus geminatur, & neutrum in præsentia locum habet. Præcepta verò quamuis multa sint, nisi ad diuersas virtutes pertineant, nouam peccati speciem nulla ratione conficiunt, vt suo loco fufus comprobauit. Quemadmodum si quis millies idem votum confirmet, quamuis illud postea perfringat, vnum peccatum admittit. Quare Monachus, qui ratione voci quod fecit, & ratione regulæ & instituti monastici certo die ieiunium debet suscipere, si omittat, dupliciter peccat, quia duo illa præceptorum vincula quibus tenetur, ad diuersas virtutes spectant: vnde quatenus facit cõtra votum, sacrilegus est, vt verò facit contra suam regulam monachalem; peccat vel contra temperantiam vel contra regulæ præceptum.

Octauo queritur, An qui initio Quadragesimæ deliberat toto eo tempore ieiunium soluere, tot numero peccata, siue vnum peccatum tot deformitatum committat, quot sunt Quadragesimæ ieiunij dies? Respondeo, committere, perinde atque is, qui statuit rem diuinam omittere tribus diebus festis, triplici peccato sese polluit: & similiter sacerdos, qui in animo haberet tribus diebus diuinum Horariorum precum officium prætermittere. Quoniam peccata numero, quod attinet ad peccati turpitudinem siue deformitatem, distinguuntur, quando res voluntati obiecta numero differt, siue vno simul voluntatis actu, siue pluribus approbetur & placeat. Vt si tibi in animo sit tres quatuorue homines occidere, aut verberibus cedere, aut tria furta, vel periuria, vel sacrilegia committere.

Nono queritur, An ieiunijs debeant adiungi eleemosynæ, preces, vigiliæ, & alia huiusmodi pietatis officia? Respondeo, olim quidem, vt constat ex Patribus præsertim Ambrosio, Augustino, Leone, ieiunia cum eleemosynis, precibus, vigilijs, & alijs id generis operibus de more coniungebantur. Vnde in cap. Solem, de consecratione

distinctione prima, ex Concilio Cabilonensi dicitur: Auditis Missarum solemnibus & Vesperinis officijs, & largitis elemosynis, ad cibum accedendum est. Præterea pridianis Apostolorum, & aliorum primarium Martyrum diebus Christiani ieiunia seruabant: & deinde pernoctantes, & ad sacras ædes conuenientes, vigilias agebant. Postea verò vsu & more sunt vigilie sublata, & ieiunia remanserunt, ac vigiliarum nomen ipsis ieiunijs attributum est. Consuetudine quoque factum est, vt ieiunia nostra careant illis comitibus, quos antea solebant habere, nimirum precibus & elemosynis, quorum tamen aliqua adhuc vestigia permanent in ijs ieiunijs, quæ publicè Romanus Pontifex in communem omnium salutem sepe constituit, cum Iubilicium, quod appellant, promulgat, indicit enim triduanum ieiunium, & de cernit etiam, vt in eo triduo elemosyna erogentur, & vt fiant solemnes & publicæ supplicationes, & vt quisque priuatim preces fundat ad Deum, ac in ea hebdomada suorum faciat peccatorum confessionem, & Dominico die proxime sequenti Eucharistiam omni expurgata criminù labe percipiat.

Decimò quæritur, An superior, cuius consensu & beneficio quis lege ac vinculo ieiunij soluitur, debeat ieiunium in aliud pietatis officium commutare? Respondeo, ex Patrum doctrina, Ambrosij, Prosperi, Augustini, & aliorum, cui iusta ac legitima causa ieiunium relaxabatur, in aliud pium opus permutabatur. Nunc verò sepe numero Superior aliquem ieiunij vinculo soluit, nec tamen vllum aliud pietatis opus imponitur, quamuis in Iubilæis solat facultas concedi, vt qui ieiunium suscipere nequit, in aliud pietatis officium arbitrio Confessarij commutet.

Vndecimò quæritur, An peccet famulus vel ancilla mensam sternens & parans, ac ministrans cibos Domino, quem nouit ieiunium soluere? Respondeo cum Caietano in secunda secunda q. 147. articulo quarto, versicul. Occurrit hoc in loco dubium; minime: quoniam munere suo fungitur, quod alijs quoque diebus ac temporibus obire consuevit. Dices; Dominus prandendo aut cœnando peccat, ergo famulus quoque aut ancilla: siquidem cum eo simul operari videntur. Respondeo, famulum nequaquam operari pariter cum domino in malo & peccato, sed præstare officium & ministerium, quod alioqui suo domino debet. Deinde, obijcies; Cum dominus imperat famulo; Para mihi cibos, & sterne mensam, iubet quod malum est, ergo famulus ei obtemperando peccat. Respondeo, si dominus imperaret rem per se malam, famulo non liceret, domino imperanti parere, cum rem sibi imperatam nequaquam posset benè obire & exequi. Cum verò Dominus petit à famulo rem sua natura per se indifferentem, tuta conscientia famulus obtemperat, quamuis deprauatus sit domini affectus, famulus enim facit id, quod fieri iure potest. Cum dominus itaque iubet parari sibi cibos, non iubet rem per se malam, ac proinde famulus suo muneri satisfaciens non peccat. Est quidem domini affectus, vt paulò ante dixi, malus, in quo famulus minime consentit, sed solitum officium

famuli dominus petit, quod malù non est, & ideo famulus iure consuetum suum officium domino præstat.

Duodecimò quæritur, An lethale peccatum committat is, qui inuitat ad cœnam in die ieiunij eum, quem nouit alioqui cœnaturum? De hac quæstione Caietano in secunda secunda, questione 147. articulo quarto, Mai. 4. distinctione 15, questione quarta, §. Dubitatur. Nauarr. in Manuali cap. vigesimo primo, numer. 24. Respondeo, in primis lethalius peccare eum, qui inuitat, si is, qui inuitatur, cœnet, cum alias si inuitatus non esset, ieiunium seruaret: tunc enim qui inuitat, causam dat vt ieiunium soluat is, quem ad cœnandum inuitat. Et hoc locum habet in eo qui inuitat, quem certò nouit, vel probabiliter credit, vel dubitat esse obligatum ad ieiunium seruandum. Nam secus est de eo qui inuitat, quem nouit, aut probabiliter credit esse à ieiunij lege solutum ac liberum. Colligit Maior loco citato, peccare patres familias, & dominos ministrantes filijs, seruis, & famulis cibos, quorum vsu, sciunt aut dubitant probabiliter eos ieiunium violaturos, de quo dicam quæstione proxime sequenti. Sed quid dicendum, si inuites ad cœnandum alterum, qui est ad cœnam paratus, cum tamen seruare possit ac debeat ieiunium? Respondeo cum Caietano in loco citato, te lethalius peccare, qui inuitas alterum ad peccatum continuandum, & exequendum: quia scilicet nemini fas est ad malum exequendum inuitare, vel allicere quemquam etiam paratum ad malum faciendum. Nam peccatum est, non solum velle malum facere, sed etiam facere malum, & complere. Quod si inuitas aliquem ad cœnandum tecum, qui erat cum alio, vel alibi cœnaturus? Caiet. loco citato, & Nauarr. in Manuali cap. 21, numer. 25. Respondent te non lethalius peccare, quia non peccant, qui hospitio viatores excipiunt alioqui etiam ad ieiunium seruandum obligatos, & inuitans, vt domus suæ potius quam alibi cœnent, eo quod non inuitant simpliciter ad cœnandum, sed ad cœnandum ibi, & non alibi. Probabilis est opinio, quoniam non offers cœnam; sed domum & locum cœnæ. Item cum inuitas alterum, cum alio cœnaturum, vt tecum cœnet, non offers illi simpliciter cœnam; sed offers te tanquam socium in cœna, cum tu iure cœnare queas.

Sed peccatne qui alterum inuitat vrbauitatis, hospitalitatis, amicitie, & gratia ad cœnam simpliciter in die ieiunij? Nauarr. in Manuali, cap. 21, numer. 24. respondet, eum non peccare, si solum inuitat ad cœnam tanquam ad cibum, quo vitam sustentamus: cibum enim sumimus, vt nos alamus, & nutriamus. Probat, quia is tunc non inuitat alterum ad malum, sed ad bonum. Probat etiam à simili: nam fas nobis est mutuum petere ab eo, quem scimus non nisi ad vsuram daturum. Item iure quis Sacramenta petit à Parocho, quem probabiliter nouit non nisi cum peccato sacramenta ministraturum. Tuta conscientia petimus à Parocho iusurandum, quem nouimus per falsos deos iuraturum. Item meretrici donum iure quis locat ad habitandum: iure quis vendit rem suam alteri, quamuis non ouerit ea re illum peccuram vlurum. Sed hæc exempla solum præstant

nos non peccare, cum rem petimus ab altero per se bonam, vel indifferentem, qua ille si velit, bene vti potest; non tamen si rem per se malam petamus, & qua alter bene vti non potest. Nos item non peccamus, si in bonis iure nostro utimur, quamuis nouerimus alios deprauiato suæ voluntatis affectu peccaturos. At cū inuitamus ad cenam simpliciter alterum, quem certò, vel probabiliter credimus contra ieiunium facturum, non inuitamus ad rem bonam, & qua ille si velit, vti bene possit, & ideo meo iudicio non sumus à peccato liberi.

Quoddecimò queritur, An pater familias ministrans cenam suæ familiæ, vt filijs, famulis, seruis, cum tamen ieiunium illi seruare deberent, lethale peccatum admittat? Dux sententiæ sunt; yna simpliciter ait, eum grauitè peccare. Medina *Tract. de Ieiunio, questione de his, per qua ieiunium soluitur. Mai. quarto distinctione 15. questione quarta, §. duobus aut.* Altera docet non semper peccare. Dicendum existimo in primis, eum lethaliter peccare, si in die ieiunij compellat familiam, quæ ieiunium agere debet, ad opera, quæ cum ieiunio stare non possunt, si in alium diem differri commodè queunt. Sic Gabr. *secundo distinctione 17. articulo tertio.* Deinde pater familias debet, si commodè potest, ministrare & præbere familiæ alimenta commoda, & licita siue iure permilla in die ieiunij, vt ita familia sustentetur, & simul ieiunium seruare queat debet enim impedimenta remouere, & curare, ne familia debitum ieiunium omittat, aut violet cibis prohibitis utendo. Mai. *loco citato.* Verùm non cogitur vllò præcepto familiam per vim compellere ad ieiunia seruanda: sed tanquàm bonus pater aut dominus lege charitatis, & correctionis fraternæ cogitur familiam monere, & curare, vt ieiunia iudicia ab Ecclesia seruet, & debeat eos cibos tantum ministrare, qui in diebus ieiuniorum iure aut consuetudine præscripta permittuntur. Ledesmi. *in quarto Part. 2. quest. 17. artic. 6. dicit. 4.*

Decimotertiò queritur, An peccent qui in diebus ieiuniorum cibos prohibitos venales exponunt? Respondeo, Magistratum esse prohibere, ne tales cibi venales exponantur, vt sic multorum peccata deurentur: An verò peccent priuati homines qui huiusmodi cibos vendunt occultè, duæ sunt opiniones. Prima negat ea ratione, quòd nò videantur simul operari cum ijs qui mala fide emunt, quippe qui deprauiato voluntatis affectu peccant. Deinde multi sunt, quibus fas est prædictos emere cibos, nec venditores vlla lege coguntur explorare emptorum causas, emane ne iure, an contra ius. Prætereà nemo malus credi potest, nisi id certò & euidenter confiterit: ergo si venditor certò non nouerit emptorem in emendo peccare, vendendo non peccat. Oppositum affirmat opinio secundarum quia inde multorum peccatorum occasiones oriuntur, ea enim data occasione multi ieiunia soluunt ac violant, & lege charitatis debet quisque alium monere, & impedire ne peccet: item quia occasionem peccandi debet quisque præcidere: & hæc opinio videtur quibusdam esse probabilior & verior. Nam ideo Respublica vetat ne tales cibi publicè vendantur. Dicendum existimo: Si quis

priuatum & occultè vendat, non videtur peccare, si nesciat, vtrum bona fide, an mala emptor emat: secus tamen est, si probabiliter nouerit aut dubitauerit emptorem emendo peccare. Nemo malus existimatur & creditur, nisi certò vel probabiliter confiterit eum malum esse.

Caput XXI.

Quenam alia in diebus ieiuniorum sint iure Canonico & ciuili prohibita.

PRIMO queritur, An etiam sint alia, quæ olim ius Canonicum vel ciuile vetterit in diebus ieiuniorum? Respondeo, alia esse, ea nempe quæ sequuntur. Nam in Concilio Laodiceno Canon. 51. & refertur cap. Non oportet de Consecratione dist. 33. questione quarta est constitutum sic: Non oportet in Quadragesima Martyrum natalitia celebrari, sed eorum in Sabbato & Dominica tantum memoria fiat. Idem habetur in cap. Non licet, eadem Distinctione, & questione ex Synodis Græcanicis, quas Martinus Bracarensis Episcopus collegit. Olim Ecclesia Latina hunc morem seruauit, & maxime Ambrosius in Ecclesia Mediolanensi. Vnde Episcopi Hispanienses diem festum Annuntiationis dominicæ transfulerunt in diem 18. Decembris, vt habetur in concil. Toletano. 9. anno salutis humanæ 655. & sacra anniuersaria B. Ambrosij celebritas colitur non in die obitus eius, is enim incidit in Quadragesimam, quarta die Aprilis: ordinatio verò eius in Mensen Decembrem septimo die. Dies quoque festus S. Benedicti olim agebatur in mense Iulio, non Aprili. Nunc verò huiusmodi Canon non est vsu & consuetudine in Ecclesia receptus.

Secundò queritur, An in diebus ieiuniorum iudiciales actus sint iure Ciuili, aut Canonico prohibiti? Respondeo in l. Quadragesima. c. de Ferijs. Imperatores Valentinianus, Valens, & Gratianus ita lege lata sanxerunt: Quadragesima diebus qui auspicio ceremoniarum paschale tempus anticipant, omnis cognitio inibeatur criminalium questionum. Hæc tamen lex, iam consuetudine est abrogata.

Tertiò queritur, An nuptiæ sint in diebus ieiuniorum prohibita? Respondeo, in Synodo Laodicena can. 52. qui Canon refertur in c. Non oportet 33 q. 4. statutum esse, ne in Quadragesima, aut nuptiæ, aut quælibet natalitia celebrentur. Natalitia, Synodus intelligit dies natales Principum, vel virorum insignium, in quibus Epulæ & conuiuia fieri solent. Nuptiæ verò accipit, prout significant solemnes, eas quas Theologi Nuptiarum benedictiones appellant, quibus coniuges in Sacris ædibus à Sacerdote inter Missarum solemnia sacrari solent. Eodem modo intelligitur quod respondit Nicolaus I. ad consulta Bulgarorum. & habetur in c. Nec uxorem. 33. q. 4. vbi dicitur: Nec uxorem ducere, nec conuiuia facere in Quadragesimali tempore conuenire posse vllò modo arbitror. Huc accedit quod ex Concilio Hybernensi in eadem dist. & quest. nuper allata c. Non oportet, refertur, nimirum: Non oportet à Septuagesima vsque in Octauam Paschæ, & tribus

et domadibus ante festiuitatem Sancti Ioannis Baptistae, & ab Aduentu Domini vsque post Epiphaniam, nuptias celebrare: quod si factum fuerit seporentur. Hoc decretum continetur etiam in cap. Capellanus de Ferijs. **QVÆRES,** cur his tribus temporibus sint solemnes nuptiae prohibita? Quidam respondent id factum esse, quod olim ter in anno diuinam Eucharistiam Christiani perciperent, in Natali nempe Domini & in Paschate, & in Pentecostes: quapropter ut multo tempore se ad tam salutaris, & diuini cibi sumptionem prepararent, lege cautum est, ne his tribus temporibus fierent solemnes nuptiae. Ego tamen probabile existimo, interdictas fuisse nuptias propter triplex publicum & solemne ieiunium, quod tribus hisce temporibus suscipi quotannis ac seruari solebat. Primo deputabatur nouem hebdomada ante Pascha, ea, quam supra dixi, ratione. Deinde consecrabantur tres hebdomadae ante diem Natalem sancti Ioannis Baptistae, quae inchoabantur iuxta multorum ritum & morem, tribus diebus ante festum Dominicae resurrectionis. Quare in praedicto Canone tres hebdomadae ante Natalem diem Sancti Ioannis Baptistae non intelliguntur proximè praecedentes ipsam diem festum, sed cum interuallo trium aliarum hebdomadarum: nam accipiuntur tres hebdomadae. Vna, in quam incidit Dominica ascensio, & triduum Rogationum: Secunda, quae proximè praecedit Pentecosten. Tertia, est ipsa Pentecostes hebdomada. Nam triduo Rogationum ieiunium celebratur, & post Domini in caelos ascensum, multi ieiunium agebant vsque ad Pentecosten, ut implerent illud quod dixit Christus. *Tunc ieiunabunt, cum auferetur Sponsus ab eis:* & in hebdomada Pentecostes, actiuum Quatuor Temporum ieiunium seruabatur: & in Aduentu Domini ut superius suo loco dixi, Romani ieiunium suscipiebant: & post Aduentum succedunt dies Natalis Dominici vsque ad Epiphaniam; quibus diebus diuinis rebus tantum, non nuptijs studendum curauit Ecclesia. Sciendum tamen, in Concilio Tridentino sessione vigesima quarta, capite decimo, de Reformatione Matrimonij: huiusmodi Decretum esse ex parte abrogatum. Sic enim ibi habetur: *Ab Aduentu Domini nostri vsque in diem Epiphaniae, & à feria quarta Cinerum vsque in Octauam Paschatae inclusiue antiquas solemnium nuptiarum prohibitiones diligenter ab omnibus obseruari Sancta Synodus praecipit: in alijs vero Temporibus nuptias solemniter celebrari permittit.*

Quarto queritur, An bellare in diebus ieiuniorum, sit iure prohibitum? **Respondeo;** in capite primo, de Trenga & Pace, Alexander III. in Concilio Lateranensi lege sancitur, ut pacis foedera omnino seruentur ab Aduentu Domini vsque ad Octauam Epiphaniae, & à Septuagesima vsque ad Octauam Paschae, & à quarta feria post occasum solis, vsque ad secundam feriam in ortu solis: eo quod olim Romani feriam quintam à ieiunio liberam colebant. In ea enim Christus Dominus in caelos ascendit, & in feria sexta ieiunium seruabant ob necem & sepulturam Domini, & in Sabato ob mortem, & luctum Apostolorum: Dominicam diem ob Domini resurrectionem ut sanctam veneramus.

Quinto queritur, An in diebus ieiuniorum sit iure vetitum corpus coena reficere, antequam vesperinum officium fiat? **Respondeo:** in cap. Solem, De Consecratione distinctione prima, constitutum esse, ne in Quadragesima ante vesperinum Officium, ieiunium soluat. Et quia consuetudine nunc in Quadragesima ad meridiem corpus esca reficitur, inde fit ut Clerici vesperinum Officium in sacris & diuisis solemnibus ritu decantent post Missae sacrificium perfectum, antequam cibum capiant. **Quaestio** vero est, An ceteri qui Diuinum Officium priuatum perfoluere canonica lege coguntur, id praestare debeant, priusquam cibum in meridie sumant. Quidam affirmant, alij vero negant: de quo commodius dicemus suo loco. Ceteris vero ieiuniorum diebus non est iure canonico decretum, ut vesperinum officium ante refectionem corporis perfoluatur: sed solum, ut ad horam sextam res diuina fiat, & ad horam nonam ieiunium relaxetur.

Sexto queritur, Quidam qui olim solemnem agebant poenitentiam, facere debeant in diebus ieiuniorum? **Annondum** est, tunc Christianos in duas veluti Classes fuisse diuisos, in Fideles inquam, & Catechumenos, Catechumenos, inquit Augustinus sermone 46. de verbis Domini, Sacramenta fidelium non produntur: Porro Catechumenorum duae erant classes, alij Audientes vocabantur, alij Competentes, siue Electi, Fideles vero etiam ipsi in tres erant Ordines distributi: vnus erat Clericorum, alter Laicorum, tertius Poenitentium, qui ob certa quaedam delicta, quibus alios publice conturbauerant, à fidelium coetu & conuentu segregati, extra Ecclesiam electi, suorum peccatorum agere poenitentiam cogebantur. Hi Poenitentes singulis ieiuniorum diebus, aut saltem in capite ieiunij Quadragesimae, ad Ecclesiam venire debebant, ut capita sacerdotibus submitterent, qui eis manus imponerent, & Deum pro ipsis precarentur. Unde quartus synodus Carthaginensis Canone 85.ano statuit, ut omni tempore ieiunij manus & poenitentibus à Sacerdotibus imponerentur. Refert deinde Gratianus distinctione 50. in capite, quod incipit: *In capite Quadragesimae, omnes poenitentes ante fores Ecclesiae se praesentent Episcopo ciuitatis sacco induti, nudis pedibus, vultibus in terram demissis, reos se esse, ipso habitu & cultu protestantes:* & ibi adesse debent Presbyteri, Parochiani, & Presbyter Poenitentium, qui eorum poenitentiam, & conuersionem diligenter inspicere debent. Post haec eos in Ecclesiam inducant, & cum omni Clero septem Poenitentiae psalmos in terra prostrati Episcopo cum Lacrymis pro eorum solutione decantent. Tunc reuertens ab oratione suam eis imponat, benedictionem aquam super eos largiat: cuiusmodi mirat: deinde ciliicio capita eorum operiet, & cum gemitu crebris suspirijs denunciet eis: *Quoniam sic Adam proiectus est de Paradiso, ita ipsi pro peccatis ab Ecclesia eiciuntur.* Postea iubeat ministrari, ut eos extra ianuam Ecclesiae expellant. Clerus vero sequatur eos cum responsorijs: *In sudore vultus tui vesceris pane tuo.* In sacra autem Domini coena rursus ab eorum Decanis, & eorum Presbyteris, Ecclesia luminibus represententur. Nam ut constat ex Innocentio I. in capite, De Poenitentibus, de Consecratione distinctione tertia, Poenitentes siue ex grauioribus & non missis siue ex leuioribus: poenitentiam

Matth. 9.

Genes.

Ibidem.

rentiam agunt, si nulla interueniat agridudo, quinta feria ante Pascha, remissionem, Romana ecclesia consuetudine, accipiant. Singulis igitur annis poenitentes feria quinta, Maioris hebdomadae ad Ecclesiam conueniebant, reconciliabantur, & Sacrosanctam percipiebant Eucharistiam vt ait Glossa eo loco. **QVAERES**, cur eo die potius quam alio, eos sibi Ecclesia reconciliabat, eiusque Dominicum panem sanctum porrigebat? **Respondeo**, Ecclesiam in hac re, Christi exemplum imitari uoluisse, qui eo die pedes Discipulorum suorum lauit, vna cum eis coenauit, eiusque suum corpus & sanguinem impertiuuit. Huius antiquae consuetudinis & moris duo adhuc vestigia cernere licet. Etenim feria quarta Cinerum, quod Caput Ieiunij vocamus, omnes ad Ecclesiam conuenire solent, & sacerdos eorum capita sacro Cinere, & aqua item sacrata aspergit. Sacrae item Fidei Inquisitores aliquos Ecclesiae reconciliant, eiusque ad certum tempus, vel ad vitam etiam poenitentiam alicubi iniungunt; & ideo paruulum quandam faccum eorum humeris imponunt: qui cum ab Episcopo olim Poenitentibus daretur, coepit Saccus benedictus vocari. Quare nunc saccus ab Inquisitoribus impositus, vulgari Hispanico sermone dici solet, san benito, id est, saccus benedictus, maximi apud Hispanos dedecoris & ignominiae.

Septimo quaeritur, An quis per alium quempiam ieiunium agere queat, vt sic Ecclesia praecipio satis faciat. Hanc quaestionem tractauit Glossa in dist. 1. de ieiunio. **de Penitentia distinctione tertia, cap. Penitentia**, & vtriusque rationes & argumenta proponit: ac tandem videtur concludere, id fieri non posse, probatque ex cap. ultimo de offi. iud. deleg. 1. **Is autem**, vbi legitur: **Is autem, cui iniungitur, vt personaliter negotium exequatur, potest, dummodo partes consentiant, hoc alij delegare.** Docet itidem (quicquid sit de alijs) per filium posse patrem ieiunium seruare, & e contrario: tum quia eadem persona censetur, vt quae in filijs, vt ac autoritate; tum quia patres magis reuerentur in filijs, quam in seipsis, **ff. Quod meum causa, l. Isti quidem ff. vltimo.** Accedit, quod quis potest per alterum iurisfacere ac debitum soluere. Caeterum dicendum est, ieiunium aut imperatur alicui, vt corpus castiget ac domet, & hac ratione nemo potest per alterum ieiunium suscipere & agere, cuiusmodi sunt ieiunia quae indicit Ecclesia aut Confessarius; Aut ieiunium iudicis sententia iniungitur tanquam poena peccatis debita; & hoc modo, nisi aliquid aliud impediatur, potest quis per alium debita ieiunia persolvere; sic etiam viuorum ieiunia mortuis prodesse queant in modum suffragij.

Cap. XXII.

De ieiunio, quod ius naturale praescribit.

PRIMO quaeritur, Qualisnam abstinentia sit ieiunium, quod est tantum iuris naturalis? **Respondeo**, ieiunium naturale, in multis a Ieiunio Ecclesiastico differre, nec enim postulat certum cibi genus, nec definitos & statos dies, & tempora, nec vnicam corporis refectionem; sed

tantum est abstinentia quaedam, qua nobis ipsi cibum, & potu subtrahimus, prout certa ratio praescribit ac praecipit.

Secundo quaeritur, Ieiunium quanta sit abstinentia? **Respondeo**: si de ieiunio Ecclesiastico Quadragesimo, quod nunc est in vsu & more, loquamur, id vna cum Apostolorum institutione & doctrina coepit: nam ipsi Apostoli, vt haecenus vidimus, Quadragesimum ieiunium, quod proximè ante Pascha suscipitur, lege sanxerunt. Si verò sit sermo de ieiunio, quod ius naturale praecipit, id vna cum ipso rationis instinctu nobis insitum est & innatum ieiunij praecipit: nam à natura ipsa cum ratione virtutum semina accepimus, vt propterea abstinentiam, sicut alias moru virtutes, ratio naturalis assidua excitatione pignat ac procreet. Quod si de iure diuino scripto sermo sit, legimus in scriptura primo nostro parenti praecipit certi ieiunij, & abstinentiae esse datum, cum dictum est illi: **Ex omni ligno Paradisi comedet: de ligno autem scientie boni, & mali ne comedas.** In quacunque enim die comederis ex eo, morte morieris. Et ideo Tertullianus lib. aduersus Psychicos, cap. 3. Basil. homil. de laudibus ieiunij. Ambros. de Helia, & ieiunio, cap. 4. Auditor sermonum ad fratres in Eremo, sermon. 25. & alij patres communiter tradiderunt, Ieiunij legem esse ante peccatum in Paradiso sanctam, ac primum datum homini praecipit, fuisse de ieiunio obseruando, hoc est, de abstinentia à certo cibi genere. Vocatur quidem à quibusdam in dubium, An primis Mundi nascens temporibus fuerit homini concessus carniū esus, & sunt qui sentiant, nullum ante Diluuium carniū, aut pisciū vsum fuisse; Alij verò ex scripturis eum colligunt fuisse. Nam certa illa exat sancti Abelis commendatio, quod de gregis sui primogenitis, & eorum adipibus, Deo liberaliter obtulisset: at exijs quae Domino offerebantur, aliquid faceredit in vsum sibi sumebant: Noe item ex animantibus immundis biva tantum, ex mundis autem septena secum assumere, & in Arcam inferre à Deo iussus est. Forum igitur quae erant ad sacrificandum apta, aliquis erat humanus vsus: haec quaestio non est mei instituti.

Tertio quaeritur, Quanta & quomplex sit Ieiunij utilitas? **Respondeo**, magnam & multiplicem esse, vt ex Basilio, Ambrosio, Augustino, Hieronymo, Gregorio, & alijs patribus antiquis facile constat. Sed in primis Ieiunium conducit ad lasciuia corporis coercendam. Vnde Cyprianus: **In ieiunij, inquit, viuorum sentina siccatur; petulantia marces; concupiscentiae languent; fugitiae abeunt voluptates; extinguuntur actioe ardentis incendium, & flammuomi fornax Vulcani extincta intus, motes conterminos non aducit.** Ieiunium si discretione regatur, omnem carnis rebellionem edomat, & tyrannidem gulae spoliat & exornat. Ieiunium extraordinarios motus in cippo claudit & arborat, & appetitus vagos distinguit & ligat. Ieiunium si humilitate ornetur, seruos Dei mundi efficiu contemptores. Tertullianus: **Nos certo cum uis, quod qui in carne sunt, Deo placere non possunt, non in substantia, sed in cura, in affectione, in operatione, in voluntate.** Macies non displicet Deo, nec datum est nobis corpus ad pondus, sed ad opus. Augustinus: **Princeps humani generis Adam quamdiu ieiunauit seruans mandatum, in Paradiso fuit: vbi verò comedit, eie-**

Genes. 2.

Genes. 4.

Infra 9.

Genes. 7.

Cypria ser. de Ieiunio.

Tertullia. lib. contra Psychicos, Rom. 8.

B. Aug. ser. 65. de tempore.

Genes. 4.

Etus est Paradiso: & qui in Paradiso Dei virgo fuerat, e-

Epist. 2. ad Bonifaciu.

lectus de Paradiso cognouit vxore: semper enim saturitati coniuncta est luxuria. Vicina sibi sunt venter & genitalia. Alibi: Semper caro nostra subdita sit anime nostre: sicut ancilla famuletur domina: non prebeamus vires illicitas anime nostre, ne committat bellum aduersus spiritum nostrum. Non inrassari permittamus ancillam, ne superbiat in dominam. Domemus vigilis orationibusq: imponamus frenum equo feroci, ne per precipitia labamur. Hieronymus: Venter ingluuius, tam anime, quam corpori ministrat materiam: ideo medicinale ieiunium omnem auferit languorem: Et omnem tribuit virtutem & gratiam. Si ieiunium medicina, fragatur corpus, castigetur membra verberibus, multiplicentur abstinentie: est adhuc adit concupiscentia illicita, adhibeatur grauissima disciplina, quaque erigatur domina, & seruiat ancilla. Chrysostomus homil. 8. in Genesim. Abstinentia propter hoc recepta est, ut vigorem carnis refrenet, & equum moderanti facile parere faciat. Et infra: Ieiunium carnem comprimit, lasciuia inordinatas cohibet. Leo: Oracione propiciatio Dei queritur, ieiunio vero concupiscentia carnis extinguitur. Post hac: Quamuis sine anima, inquit, caro nihil desideret, & inde accipiat sensus, vnde sumit & motus: eiusdem tamen anime est, quedam sibi subdita & substantie negare, ut a corporis cupiditatibus libera, in aula mentis, possit diuine vacare sapientia: vbi strepitus silentis curarum, mediationibus sanctis in delicijs delectetur eternis.

Hierony. in Epistol. ad Euseb. hui.

Leo serm. 6 de ieiunio sep. mensi.

Leo: Oracione propiciatio Dei queritur, ieiunio vero concupiscentia carnis extinguitur. Post hac: Quamuis sine anima, inquit, caro nihil desideret, & inde accipiat sensus, vnde sumit & motus: eiusdem tamen anime est, quedam sibi subdita & substantie negare, ut a corporis cupiditatibus libera, in aula mentis, possit diuine vacare sapientia: vbi strepitus silentis curarum, mediationibus sanctis in delicijs delectetur eternis.

Alius item Ieiunij fructus est, quod Abstinentia mentem ad Deum attollit & euehit. Est igitur Ieiunij effectus mentis ad Deum ascensus. Daniel, ieiunio, quæ suæ genti erant euentura, diuinitus prouidit. Elias, ad Dei visionem, se quadragenario ieiunio preparauit. Moses itidem quadragenario ieiunio purgatus, legis tabulas accepit, quibus Dei voluntas continebatur. Vnde Cyprianus loco citato Ieiunium, ait, carnes azymas mundat & solidat, & putredines que ex adipe prodeunt, consumit & siccitat: Scripturarum dei ieijs pacitur, contemplatione reficitur, gratia stabilitur, celesti pane nutritur. Basilius: Ieiunium refringit vim ignis, obuiauit ora leonũ: preces nostras subuehit in celum, dum illis alarum vice sit, quo sursum ferantur. Reperies quot quot futre sancti, omnes per ieiunium ad vitam Deo dignæ fuisse institutos: Ambrosius: Ieiunium, vita est Angelorum fundamentum castitatis: hoc ad Deum gradu facilitas peruenitur. Augustinus. Aduertamus, inquit, quantum sit inter ieiunium, & saturitatem distantia: inter ventrem vacuum, & pulmones epulis astuantes: Moses quia ieiunauit, vidit Dominum: Populus quia manducauit, & bibit, idola fabricatis est. Hieronymus: Sed neque secunda conscriptio tabularum absq; ieiunio potuit impetrari: quod ebrietas perdidit, mediã reperit. Ex quo ostenditur, posse nos per ieiunium redire ad Paradisum, vnde per saturitatem fueramus eieci. Isidorus: Ieiunium, res sancta est, opus caste, ianua regni, forma futuri: quod qui sancte agit, Deo coniungitur, alienatur à mudo, spiritalis efficitur. Per hoc enim prosteruntur vitia, humiliatur caro: Diaboli tentamenta vincuntur.

Basil. hom. de ieiunio. Dan. 3. infra 6. & 14.

Ambr. lib. de Helia. c. 2.

Aug. serm. 65. de tempore.

Exod. 32. Hier. lib. 2. contra Iouiniam.

Exod. 34. Genes. 3. Isidor.

Isidor.

Ambros.

Isidor.

Athanas. lib. de virginis.

Tob. 4.

Est tertius Ieiunij effectus, quod peccata expiat & delet. Ex quo Ambrosius; Ieiunium est, inquit, mors culpe, excidium delictorum, remedium salutis, radix gratie, purificatio anime, reconciliationis sacrificium, incrementum virtutis. Isidorus: Per ieiunium prosteruntur vitia, Diaboli tentamenta vincuntur, Basilius: Ieiunium peccatum extinguit, & eleuas, tentationes depellit, ad pietatem veget. Athanasius: Magnum munimentum est ieiunium; oratio itidem & elemosyna, cum ex morte ho-

minem liberent. Bernardus: Bonũ & salutare ieiunium, quo redimuntur æterna supplicia. Nec solum est Ieiunium abolitio peccatorum; extirpatio quoq; vitiorum; nisi solum obinet veniam, sed & promeretur gratiam: non solum de-let peccata præterita: sed repellit futura, qua committere poteramus. Hæc Patres.

Quæres, qua ratione ieiunij peccata tollat ac deleat, cum non raro ieiunia ab ijs, qui sunt peccatis obstricti, & vacui charitate, peragantur? Deinde, peccata non nisi per Sacramenta abolentur, aut per veram cordis pœnitentiam expiantur. Respondeo, peccata ieiunij deleri & extingui, tum quia culpæ per charitatem, cuius studio ieiunia suscipimus, expiantur, tum quia culpa diuinæ gratiæ beneficio condonata, pœnæ illi debita, ieiunio remittuntur, & cum peccati pœnæ per soluitur, peccatũ ipsum tolli & aboleri dicitur; nã peccatorũ pœnæ nõ raro peccata in sacris literis nominantur. Quæres deinde, quomodo ieiunium, peccatorum veniam promereatur? (sic enim dixit Bernardus paulo ante.) cum sine charitate Dei nihil apud eũ promereri possimus, & ieiunia nõnunquã animo peccatorũ labe polluto, homines suscipimus ac feruent. Respondeo, ieiunia vel spõte suscepta, vel Maiorũ auctoritate indicta, vel sacerdotis arbitrio in sacra peccatorum confessione iniuncta: si ex charitate oriuntur, peccatorum veniam promerentur, hoc est, pœnas culpis ante dimissis debitas, remittuntur & delent. Rursus ieiunia etiam si extra Dei charitatem fiant, peccatorum tamen veniam impetrare solent, quia nimirum impetrant à Deo vel veram cordis pœnitentiam, vel idoneã ad salutem Sacramentorũ receptionem, quibus peccata abolentur. Demum rogabis, An ieiunia extra charitatem suscepta, certa & firma lege Dei, impetrent veram cordis pœnitentiam, vel legitimã certè sacramenti perceptionem, qua peccata diluuntur? Respondeo, impetrare quidem, at non certa semper de rãta lege, sed misericordie & benignitate Dei, qui ipe pijs peccatorũ operib; & officijs, quãuis extra charitatem factis moueri, sicut, ac placari solet.

Quarto queritur, An sit aliquid, quod ius nature prohibeat in escam humanã sumi? Respondeo esse: nam quamuis ex sacris literis couident, nullum cibum, videlicet qui in cõmuniẽ vltim hominum assumitur, esse per se immundũ ac malum, hoc est, peccati lordibus in se factum, negati tamen non potest, quin aliquid in rebus sit, quod iure ipso naturali citra noxam & culpam, in hominibus cibum conueri non possit. Omnis enim Dei creatura bona est; non tamen omnis apta & idonea, quæ homini in cibum cedat. Sunt enim quædam, quæ vel solo aspectu nature bene institutæ horrorem inferunt: alia, quæ tantum gustata mortem adferunt: quædam, quæ absque gratiã valetudinis in commodo edi non possunt. Hæc, & ijs similia non magis comedere fas est alicui, quàm sibi ipsi mortem consciscere, aut grauius nocere. Immo & ista quoque, quæ in communem humanæ vitæ vsum veniunt, non quomodo modo citra peccatum comeduntur. Quis enim liberum à vitio & culpa putet illum hominem, qui absque vlla necessitate causa; crudas & adhuc sanguine imbutas animalium carnes, canum, luporumque, aut coruorum more deuorat?

Quæres,



QVAERES, quæ nam res iure est naturali interdita, ita vt in cibum absque peccato sumi non possit? *Respondeo*, eam esse humanam carnem: humanarum siquidem carniū esum, hominis non profus deprauati natura planè respuit & detestatur: & vniuersim, apud quos viget, aut viguit vtiquam humanarum carniū vsus, ij pessime apud omnes audiunt, & audierunt semper: & inter præcipua L. Catilina facinora ceterur hoc, quod humani corporis cruorem vino permistum circumferret, quem etiā coniuuratis socijs non erubuerit propinare. *Accedit*, quod vitium huiusmodi cum pietate & humanitate omnino pugnat videatur. Etenim sepultura iura, quæ humanis cadaveribus debentur, foedissime violantur. *QVAERES* deinde, humanisne carniibus vesci liceat, cum quis extrema inedia cruciatur: hoc est, cum nihil aliud ad manum habet, quo fame pereunti sibi subueniat? *Quidam* opinati sunt id fas esse; *Alij* contra nefas esse dixerunt: illi quidem hoc argumento mouentur: nam is seipsum perimere videtur, qui extrema fame vel inedia laborans, cibo oblato non vitur. At hoc sanè argumentum causam ipsam, de qua agitur, minime conuincit. Is enim seipsum occidit, qui cibo oblato non vitur, quo citra peccatum commode vti potest; non autem is sibi mortem affert, qui ab obiecta esca se continet, quando ea vti nefas est: perinde enim est ac si cibus sibi oblatus non esset. Rursus illi aliter argumentantur: *Carthusiano Monacho* si nihil omnino præsto sit, quo vitam tueatur, præter carnes, voto & lege non obitante, carniibus vesci licet; ergo fas quoque est extrema laboranti inedia humanas carnes edere, si nihil aliud suppetat ad vitam sustentandam. *Ceterum* nec res, vt putat isti, hoc argumento conuincitur: *Carthusianis* namque *Monachis* solum aut voti professione, aut Religionis constitutione, aut Monastica vitæ instituto, carniū vsus est interdicitur, cum tamen iure naturali vitam tueri debeant. Est autem arctius iuris naturalis vinculum, quàm iuris humani, vel voti sponse suscepti. Tandem illi primi ita distinguunt: Aut is qui extrema inedia premitur, ad manum habet carnes eorum, qui in prælio occubuerunt, aut nullas habet, nisi quis eius alendi causa occidatur. *Si primum*, inquit, vesci carniibus humanis nefas non est: *Si secundum*, nefas est; nec enim fas est insontes vel alios quoslibet necare nec tu fame peres: at verò licitum est, eorum caduera in cibum humanum assumere, qui aduerso prælio ceciderunt, si ad extremam inediam adigamur. Sed neque hoc satis perspicuum & certum est: nam etiam cadaveribus eorum, qui bello perierunt, sunt sepultura iura tribuenda. *Tota huius controversiæ difficultas* in eo sita est, cum duo iuris naturalis præcepta concurrant, videlicet, vt vitam tuam tuearis, & serues, & ne carniibus humanis vescaris, vt cum præceptum sit arctioris vinculi, hoc secundum, an primum: nam id nos obligabit, quod est maioris & strictioris vinculi: quidam primum iudicant esse vinculi arctioris: alij secundum. *Probabile esse* videtur, nec tunc fas esse humanis carniibus vesci. Et nemo condemnaret eum lethalis peccati, qui extrema inedia laborans ab humanis carniibus abstineret.

Ex dictis perspicui potest, nefas quoque esse carnes humanas bestijs deuorandas obijcere: quanquam sunt qui putent id aliquando licere facere in vindictam publicam, ad aliorum terrorem: nec tamen fas est, aut fuit vnquam, hominem, in sacrificium offerre, nisi mandato Dei, qui vitæ, & necis omnium habet imperium. *Dices*, id quidem crimen esse si insontes ad aram immolentur, non tamen si fontes, si homines ob admissa scelera, per sententiam & auctoritatem Iudicis, nec iam destinati macentur? *Respondeo*, nihil referre si nocentes sint: nam homo quamuis sceleratus, grata Deo victima non est: quemadmodum pleræque etiam animantes, immundæ hostiæ putantur.

Quintò queritur, An ebrietas sit vitium siue peccatum iuri naturali damnatum. *Appellatione* ebrietatis intelligitur actus, quo homini ad tempus vsus rationis adimitur, ex immodico potu, siue sit vinum, siue aliud quod potatur immodicè ad voluptatem sensus. *Sumitur* itaque interdum ebrietas pro actu immoderato potandi, ex quo rationis vsus amittitur: interdum verò pro eo quod potatur immodicè gratia voluptatis. *Constat* apud omnes, ebrietatè esse in vitio & culpa quando quis sua sponte sit ebrius, & eo ipso peccatorum periculum incurrit: ebrijenim frequenter admittunt peccata quamplurima; nam & multa mala committunt, quæ vitare deberent: & multa bona omittunt, quæ facturi essent.

Dubiè igitur questionis est, An ebrietas sit per se peccatum, etiam quando nullum ex ea peccati periculum imminet: aut quia talis est ebrius, vt nihil vnquam mali soleat perpetrare; aut quia idonea prius adhibet remedia, ne per ebrietatem aliquid mali faciat: an verò solum peccatum sit, quia ebrietas soleat esse cum periculo multorum peccatorum coniuncta? *Sunt* qui sentiant, non esse ebrietatem per se hac ratione malam; sed ob periculum peccatorum, quæ ebrii committere & possunt, & soleant. *Probant* hoc, quia non est per se malum, si quis ad tempus se priuet vsu rationis, cum natura ipsa somnum homini concesserit, quo, ad tempus, vsus rationis aufertur. *Sed enim hoc improbabiliter dicitur*: vt putat *Caiet. 2. 2. q. 150. artic. 2.* Ebrii aliqui sunt qui quamuis non soleant alios occidere, vulturare, vel cadere, vel arma capere, in peccata tamen, quæ verbo, vel cogitatione committuntur, in cadunt frequenter: solent enim in alios maledicta conferre, libidinosè, & turpiter agere: & quæquam nullius alterius peccati periculum incurram, vera & certa est eorum sententia, qui docent, ebrietatem esse per se malam. *Est enim contra naturam hominis, sicut sobrietas est hominis naturæ consentanea.* Deinde, quia ebrietas ex immoderato potu ad voluptatem: at contra rectam rationem facit, qui immodicè bibit ad voluptatem. *Quare non idè ius est de ebrietate, quod de somno*: hic enim est a natura datus quietis causa, quo vires corporis vel amissæ reparantur, vel debilitatæ & imminuatæ reficiuntur ac fouentur. At verò ebrietate, vsus rationis eripitur, quamuis ad tempus, tunc tamen absque vlla iusta & legitima causa, quia nimirum ex nimio & immodico potu ad voluptatem sumpto, & quia ex eo potu plus sumitur quàm necesse est. *Sic S. Tho*

mas in 2.2. q. 150. art. 1. & 2. In hoc ebriorum culpa consistit, teste S. Thoma, quod scienter ex potu plus capiunt quam necesse est, siue quod immoderato potu ad voluptatem vtuntur. Vnde Augustin. lib. 22. *Contra Faustum. cap. 4. 4.* de ebrietate loquens ait. *Nam & hanc lex eterna cōdemnat, quia cibum & potum ad ordinem naturalem non nisi gratia conseruando salutem admittit.* Et hinc efficitur, vt ebrius, vsu rationis adempto, neque hominis officia obeat, neque quod bonum est, & æquum, velit, aut præster. Quo etiam fit, vt is quoque peccet, qui per se, vel per alios ebrietatem alicui verbo, aut facto, molitur ac parat. **QVÆRES,** an ebrietas propria, vel aliena, propter vomitum ex consilio Medici, gratia tuendæ, vel conseruandæ valetudinis sit peccatum? Angel. & Rosell. verbo *ebrietas. num. 2.* aiunt esse lethale peccatum. Sic etiam Antoni. 2. p. tit. 6. cap. 3. §. 1. Tabienf. *ebrietas. num. 4.* & probant, quia non sunt facienda mala, vt inde eueniant bona. Item quia ebrietas, cum sit per se mala, nõ videtur esse remedium institutum ad sanitatem recuperandam. Caiet. tamen 2.2. q. 150. art. 2. ad 3. & in Sum. *ebrietas. Syluest. ebrietas. q. 3.* Armil. *ebrietas. num. 5.* Sentiunt, nullum esse peccatum; probant, quia S. Thomas 2.2. q. 150. art. 2. ad 3. Respondet in hunc modum: *Ad tertium dicendum, quod sicut dictum est, cibus & potus est moderandus secundum quod competit corporis valetudini. Et ideo sicut quandoque contingit, vt cibus vel potus qui est moderatus sano, sit superfluus infirmo, ita etiam potest & conuerso contingere, vt ille qui est superfluus sano, sit moderatus infirmo. Et hoc modo cum aliquis multum comedit, vel bibit secundum consilium Medici ad vomitum pronocandam, non est reputandus superfluus cibus, vel potus. Nec tamen ad vomitum pronocandam, requiritur quod sit potus inebrians: quia etiam potus aque & tepide vomitum causat: Et ideo propter hanc causam non excusaretur aliquis ab ebrietate. Hactenus S. Thomas. Sic etiam Alexand. 2. par. q. 142. mem. 12. q. 2. Reuera si ebrietas sumatur, vt est immoderatus vini potus ad voluptatē, peccatum est, etiam si ebrius quis fiat gratia sanitatis ex consilio Medici: Et hoc est, quod docet prima sententia: Si vero sumatur, vt est potus aptus ad vomitionem sano quidem immodicus, sed non male valenti, peccatum non est: & hoc dicit secunda sententia. Si quæras, an si quis ebrius fiat, vt tyranni, vel hostis salutem fugiat, peccet? Respondeo, cum Caiet. 2.2. q. 150. art. 2. peccare, quia non sunt facienda mala, vt eueniant bona.*

Sexto queritur, An peccata per ebrietatem admilla, culpæ tribuantur? Certi iuris est, eiusmodi peccata ante ebrietatem optata expectata, vel præuisa, culpæ tribui tunc, cum optata, expectata, vel præuisa fuerant. Quod queritur ergo, est: An cum in ebrietate citra vllum rationis vsu committuntur, culpæ tribuantur? Hanc nos quæstionem suo loco fusè tractauimus: ideo nihil de ea dicendum in præsentī loco arbitramur; nisi illud tantum, quorundam esse sententiam, quæ per ebrietatem mala admittuntur, culpæ tribui, eam ob causam, quod factis sit ea affectu priori, voluntaria fuisse. Aliorum verò est opinio, ea quidem esse in culpa, cum sunt optata, expectata, vel animo proposito, vel mente cogitata & præuisa: postea verò omni culpa carere: quia culpa esse nequit in eo, quod voluntate non fit; nec vitare cauerit potest cum fit. Nec satis est, si quomodo-

cunque voluntate priori proueniat, nam proficisci & oriri ex alia re quippiam potest omnino naturaliter: & tunc si ex voluntate præterita profuatur, culpam vllam denno non contrahit, præter eam, quæ in voluntate vt in causa, præcessit. Si tamen ita ex voluntate priori proficiscitur, vt voluntate quoque caueri & vitari potest cum fit, tunc proculdubio in culpa denno est, si non vitetur. Angel. & Rosell. docent, mala ebriorum, qui rationis sunt impotes, peccata non esse, quamuis fuerit ebrietas in culpa. At Syluest. ait esse peccata: sed leuiora: quia sunt minus voluntaria, quam si quis sciens ea perpetrasset.

Septimo queritur, An si ebrius rationis impotens alicquem occidat vel mutilet, in irregularitatem incidat? De hac quæstione tractant iuris Canonici Doctores in Clemen. Si furiosus de homicidio, Summist. in verbo *ebrietas*, Couarruias in Clemen. Si furiosus part. 3. In initio, numer. 3. Sunt duæ sententiarum, vna affirmat, eum in irregularitatem incidere, si sciens factus est ebrius. Et probat, quia dat operam rei illicite, videlicet ebrietati. Secundo, quia Clemen. Si furiosus, solum excipit mentem, infansem, & dormientem, & qui seipsum defendit. Sic Mattheus Zenzelinus, Cardinalis, & Imola in Clemen. Si furiosus de homicidio, in 4. distinct. 15. articulo 3. quæst. 7. §. ad finem, & Syluester Homicidium 3. quæst. 4. ad finem, & ebrietas num. 5. ad finem, Rosell. Homicidium, 4. nome. 5. Tabienf. *ebrietas q. 8.* vbi citat Glossam. Armil. Irregularitas num. 8. quamuis in verbo *ebrietas num. 8.* oppositum dicat. Sic etiam Villadiego in Tract. de Irregularitate, Ioan. Calderi. vt citat Nauar. in Manuali cap. 27. num. 230. Maiolus de Irregulari. lib. 3. cap. 48. Altera sententia negat, eum irregularitatem contrahere, tamen si sua culpa factus sit ebrius. Id probat primo, quia rationis impotens occidit vel mutilat alterum. Secundo, quia vt constat ex dicta Clemen. Si furiosus de homicidio, amens si occidat alicquem irregularis nõ est, quia rationis est impotens, ergo nec ebrius, si vsu rationis careat. Nec valet si dicatur, eum ebrium factum esse sua culpa, quoniam etiam amentia potest ex culpa amentis exillere. Tertio, quia teste Augustino lib. 22. *contra Faustum. cap. 44.* quamuis culpandus est Loth, non tamen quantum ille incestus, sed quantum illa ebrietas meretur. Ita sentiunt Couar. loco citato, Bonifacius in Clemen. Si furiosus de homicidio. num. 80. Nauar. in Manuali cap. 27. num. 230. Castrenf. lib. 2. de lege penali cap. 14. Angelus *ebrietas num. 3.*

In hac controuersia conueniunt omnes, eum, qui absque vlla culpa sua in ebrietatem incidit, irregularem non fieri, quamuis occidat alicquem, vt ait Couarruias. Rursum fateri nos oportet, vt testatur idem Couarruias, irregularem contrahere, qui se facit ebrium, vt sic interimit alicquem, & reuera occidit. Item etiam fatendum est eodem teste Couarruias, cum ebrius cõsuevit arma capere, & homines offendere, & cadere, si culpa sua factus sit ebrius, & alicquem occiderit, eum in irregularitatem incidere. Tota difficultas in eo cõsistit, An qui sponte sua factus est ebrius, in irregularitatem incurrat, si alicquem occiderit, quamuis arma sumere, & alios lædere non conluerit: & de hoc sunt prædictæ duæ opinionones contrariæ. Prima in eo innititur, quod dat operam rei

nam rei illicitæ & periculosa; Secunda in eo, quod in Clem. Si furiosus de Homici, habetur, furiosum non cōtrahere irregularitatem, etiam si aliter per amentiam occiderit, & culpa sua in amentiam deuenit. Annotandum est, nihil mirum esse, si ex Alexandro, S. Thoma, Bonauent. & Richardo, quis probet ebrium irregularem fieri, si occiderit aliquem; quoniam illi Auctores scripserunt ante Clementem. Si furiosus, & ita docuerunt, in irregularitatem incurere etiam eum, qui tuendo seipsum, occidit inuadentem in eum. Præterea Auctores primæ sententiæ ex Clem. Si furiosus sic argumentantur: quoniam in ea Clem. ebrius non excipitur. Reuera in Iudicio, magis primæ opinionis standum existimo; at in foro conscientia, secunda sententiā probabilior mihi videtur; nam Iudices cum videant ebrium non excipi in Clementina. Si furiosus, & rei illicitæ ac periculosa operam dare, vtiq; indicabunt eum irregularem esse: At in foro conscientia eadem videtur esse ratio de ebrio, quæ est de furioso. Ergo si amentis rationis impositus quamuis culpa sua in amentiam incurrit, irregularis non fit, si alterum occidat: consequens est, vt nec ebrius irregularitatem contrahat.

Octauo quæritur, An ebrius factus rationis impositus, & peccata per ebrietatem faciens, sit liber & immunitus à poena legis cōstitutum in eos, qui hoc aut illud crimen admiserint? Nam ex vnâ parte Aristoteles lib. 3. Ethico. ca. 5. ait, ebrijs duplices poenas merito esse irrogatas, & propter ebrietatem, & propter delicta per ebrietatem commissa. Ex altera parte August. lib. 22. Contra Faustum c. 44. ait, Locus culpandus non quantum in celsus, sed quantum ebrietas meretur. Ambros. lib. 1. de Abraham c. 6. & refertur in cap. Sanè 15. quæst. 1. Ideoq; inquit, si qui per vinum deliquerunt, apud sapientes Iudices venia quidem facta donatur; sed leuitatis damnantur auctores. Hieronymus in epist. de Custodia virginitatis ad Eustochium, ait: Locus amicus Dei in monte saluatus, & de tot millibus populi solus inuis inuenitur, inebriatur à filiabus suis: & licet ille patiens genus humanum defecisse, & hoc faceret liberum magis desiderio, quam libidine, tamen sciebant, vinum inuisum hoc non nisi ebrium esse facturum. Denique quid fecerit, ignorauit. Et quamquam voluntas non sit in crimine, error in culpa est. Origines Hom. 5. in Genesim: Vnde videtur mihi (Locus) in parte culpabilis, in parte excusabilis inueniri. Excusari namque potest, quod à concupiscentia & libidine crimine liber est, & quia nec ipse voluisse arguitur, neque volentibus consensisse; subiacet culpa, quod decipi potuit, quod vino nimis indulsit; & hoc non semel, sed iterum fecit. Dicendum est cum S. Thoma 2. 2. q. 150. art. 4. Qui factus est absque vlla culpa sua ebrius, si deinde peccata committat, liber & immunitus est à poena debita peccatis: Si verò culpa sua ebrietatem incurrit, dignus est venia non ex toto, sed ex parte: quia leuius est delictum per ebrietatem paratum, quam si à sciente fieret, eo quod sit minus voluntarium. Et hoc est, quod dixerunt Origenes, Ambrosius, Hieronymus & Augustinus; nec oppositum docuit Aristoteles: qui non dixit, ebrium grauiori poena mulcandum, sed duplicem poenam mereri, & propter ebrietatem, & propter delicta per ebrietatem admissa: hæc tamen delicta leuius puniuntur, quam si cum scientia pararentur.

Cap. XXIII.

DE TERTIO ECCLESIAE
PRAECEPTO, NIMIRUM;

De decima fructuum parte soluenda.

PRIMO quæritur, Quid appellatione Decimæ lus Canonicum accipiat? Respondeo cum Hostiensis in Summa, de Decimis §. 1. intelligit, omnium bonorum mobilium, siue fructuum iure quæstorum partem decimam, quæ ministris Ecclesiæ quotannis persoluitur, Porro in Decima continentur duo, quæ Clericis & Ecclesijs debentur: Vnum est, Pars fructuum quos percipimus, non tamen certa, definita, & taxata, sed tanta, quanta est necessaria ad commoda Clericorum alimenta, & stipendia iure debita; siue ea sit decima, siue octaua, siue vigesima. Alterum est, pars certa & taxata fructuum, quæ soluitur ad Clericos commodè sustentandos & suo debito stipendio afficiendos: & hæc dicitur Decima pars fructuum, quæ Parochiali Ecclesiæ persoluitur: de qua in præsentis loco disputamus.

Secundo quæritur, An Decima ante vllam legem scriptam, præcepto vllò solueretur. Respondet Hugo S. Victoris lib. 1. de Sacramentis part. 2. cap. 3. & 4. Tempore legis naturalis nullum fuisse præceptum diuinitus datum homini de decima persolueda, sed tantum consilium. Abraham siquidem ante legem Moysi, de omnibus quæ deiecit bello quatuor regibus reportauerat, Melchisedech Sacerdoti decimam partem soluisse memoratur: id quod etiam Apostolus his verbis non obscure testatur: Intuemini autem quantum sit, cui decimas dedit de principibus Abraham Patriarcha. Et Iacob, cum patris iussu Mesopotamiam peteret, vt ibi uxorem duceret, decimam suorum omnium bonorum se Deo daturum, voti religione promissit: Si fuerit, inquit, Dominus mecum, & custodierit me in via, per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentum quo operiar, & uerjque fuero prosperæ ad domum Patris mei; erit mihi Dominus in Deum; & lapis iste, quem erexi in titulum, vocabitur Domus Dei: cunctorumq; quæ dederis mihi, decimas offeram tibi. Vult itaque Sanctus ille Patriarcha se decimam soluturum, quam nulla naturæ lege soluere cogebatur. Immo scriptores ethnici tradidit, decimam fructuum partem à suis Maioribus, Dijs dari solitam fuisse. Thus, (inquit Plinius Lib. 19. cap. 14. prope finem) collectum Sabotam camelis conuehitur, porta ad id vna patente. Digridi via, capitale leges secte. Ibi decimas Deo, quem vocant Sabim, mensura, non pondere, Sacerdotes capiunt: nec ante mercari licet. Et paulo post: Sunt & quæ Sacerdotibus dantur portiones, scribisque regum certæ. Et capit. 19. Sarmenia, inquit, hasta diuidit Sacerdos, Deo partem ponit: reliquam mercator in massam condit. Et Diodorus lib. 5. Et Plutarchus in Problema. capit. 16. referunt, decimas Herculi solutas fuisse. Nec solum dabant, sed se daturus etiam ethnici plerumq; vouebant, vt testis est Cicero Lib. 3. de Diuinat. Neque, inquit, Herculi quisquæ decimam vouit vnquam. Quapropter Lucillum Romani moris & iuris peritissimū, quod decimam vouisset, votūq; persoluisse, maximis opibus auctū, veteres ex-

Genes. 14.

Hebr. 7.

Genes. 28.

stimasse,

stimasse, narrat Plutarchus in Lucullo. Cum Camillus ibidem ob Veios bello captos Delphico Apollini decimam prædæ vouisset, nec in publico aurum soluendi facultas esset, matronas patriæ magis, quam suis commodis consulentes, omnia sua ornamenta, etiam mundum muliebrem in ærarium retulisse, Lilius recenset Lib. 5. Deca. 2. Tradit quoque Herodotus in lib. 1. & 9. Croesum Cyro consilium dedisse, vt ex omnibus hircis decimus quisque toui redderetur: & Aeginatas decimam ex spolijs Perfarum, qui Platænsi prælio occubuerant, Dijs quibusdam dedicasse. Xenophon in Oratione quam edidit de laudibus Agagilæ, scribit, ipsum duorum annorū spatio, cæcum talenta & amplius, Deo apud Delphos in decimā dedisse.

Tertio queritur, Quotuplex sit decima? **R**espondeo, cum Hostiensis in Summa, tit. de Decimis, §. 3. cuius sententia communi consensu recepta est, esse Triplicem, Prædialem nempe, Personalem, & mixtam. **Prædialis**, est decima pars, quæ soluitur ex fructibus qui proueniunt ex prædijs; cuiusmodi sunt vinum, frumentum, olera, & fructus arborum. **cap. Peruenit. cap. Pastoralis. cap. Apostolica, de Decimis.** **Personalis**, est decima pars fructuum prouenientium ex aliqua industria, vel opera personæ, nimirum ex mercatura, negotiatione, militia, venatione, opificio, vel ex cuiuspiam alterius rei disciplina & arte quam quis exercet. **cap. Decima, 10. questio. 1. & cap. Ad Apostolicæ, de Decimis.** **Mixta**, est decima pars fructuum prouenientium ex animantibus, quas in pascuis, aruisue nostris, nostræ cura & diligentia nutrimus; quales sunt foetus pecorum, porcorum, bouum; & eorum fructus, vt caseus, lac, butyrum, lana, pellis. Dicitur talis Decima mixta; quia fructus partim ex industria personæ, partim ex ipsis quodammodo prædijs sponte proueniunt: nam in pascendis & nutriendis animantibus requiritur hominis cura, diligentia, & industria, qua animantes custodiuntur; & prædia itidem, in quibus pascuntur, nutriuntur, & viuunt. Vt enim arbor, illius loci & soli censetur, in quo uiuit, & in quo radicæ agit, nõ illius, in quo videtur consistere. *l. Si plures, §. Si radicibus, ff. Arborum fructum casarum.* Sic & animalia illius fundi vel prædijs dicuntur esse, in quo laborant, & in quo viuunt, non illius, in quo morantur. *l. Cuius quidam, ff. de Fundo instructo.* Glossa Decimam Mixtam ad Prædialem reuocat: duo enim tantum genera Decimarum, Personalem, & Prædialem eo loco Glossa connumerat.

Quarto queritur, An Decima iure Diuino an potius Pontificio debeat? Duplex est opinio; vna affirmat Diuino iure deberi; Altera omnino negat vilo Diuino iure soluendam, sed tantum iure Pontificio, siue Canonico. Conuenit inter omnes, iure naturali & Diuino deberi Clerico qui inseruit Ecclesiæ, alimenta, quibus commodè sustentatur, & stipendia ratione muneris & officij, quo fungitur, & quod præstat. Iure quidem naturali, quia recta ratio præcipit, vt eum alamus, qui nobis inseruit, & vt demus ministro Ecclesiæ, qui nos spiritualia docet, vnde viuere queat, & quod eius opera, cura, & diligentia merentur. **Iure Diuino**, quia dixit Christus, Matth. 10. *Dignus est enim operarius cibo suo.* **Questio** itaque in eo consistit. **An Decima**, hoc est, vna pars ex decem partibus fru-

ctuum, quos colligimus iure diuino, an Canonico Ecclesiæ debeat? Priorem opinionem sequuntur communi ferè consensu iuris Canonici Doctores, Innocentius in cap. vlt. de Paroch. Ioan. Andreas in rubric. de Decimis, Hostiens. in Sum. tit. de Decimis, §. 7. Archidiaconus ca. 1. de Decimis in 6. Abbas in cap. In aliquibus de Decimis, Antonius in cap. Parochianos de Decimis, Alexander consil. 60. volum. 4. Ancharanus in cap. 1. de Decimis in 6. & Glossa ibidem: & hæc esse communem sententiam, scribit Franchus ca. 1. de Decimis in 6. **Posteriorem** opinionem amplectati sunt Theolog. Alexander 3. parti. quæstionum. 1. 2. & 3. S. Thomas 2. 2. q. 87. art. 3. quæstionibus. 2. q. 8. Richard. 4. dist. 17. art. 2. q. 7. ad 4. Henricus quæstionibus. 4. q. 28. Durand. in 4. dist. 1. q. 9. ad 1. Maior 3. dist. 37. q. 36. & 4. dist. 15. q. 4. Adrian. q. 5. art. 1. Antoninus 2. 2. parti. in 4. cap. 3. §. 5. Sotus Lib. 9. de Insti. q. 4. art. 1. Quibus subscripsere Summi. Alten. in Sum. Lib. 6. tit. 25. q. 2. & 3. Angel. Decima. num. 2. Syluest. Decima. q. 3. & 4. Tabien. Decima. num. 7. & inter iuris Pontificij scriptos Nauar. in Manuali cap. 21. num. 28. & Couar. Lib. 1. 7. varia. resolu. cap. 17. nu. 2. Atque in hac quidem controuersia adeo inter se Pontificij iuris interpretes & Theologi dissident, vt Iuriconsulti Theologos etiam reprehendant & improbent. Immo scribit Antonius, Theologorum sententiam non procul abesse ab hæresi: quippe quæ cum iure Canonico aperte pugnare videatur. Innocentius quoque ait, esse ferè hæreticos eos qui afferunt, decimas etiam sub lege Gratæ, nõ iure Diuino, sed tantum humano deberi. Quamuis Hostiens. docere videatur, decimas quidem prædiales diuino iure, Personales verò humano tantum iure solui, quam sententiam tuetur Henricus in ca. Peruenit de Decimis, & Felinus in cap. Casus de Prescripto, idque communi vfu esse receptum, testatur Cardinalis in cap. de Decimis, & Abbas in cap. In aliquibus, citato, sic ait: *Nam licet motina Theologorum malimur stringant; tamen in dubijs debemus stare interpretationi Summi Pontificij, & Alexand. consil. 60. prædicto* dicit Theologorum sententiam iure Pontificio improbari. Contra verò Theologi, Sotus, Maior, & Syluester locis citatis Iuris Canonici Doctores in hac parte tanquam non legitimos Doctores Diuini iuris interpretes reiciunt. Item Batrius scribit, in hac Questione potius esse Iuris Canonici Consuleis, quam Theologis ad hæc tradendum: propterea quod Ius Canonicum satis perspicue tradiderit, Decimam iure Diuino deberi. At cõtra Sotus & Maior testatur potius esse Theologis credendum, quod ipsorum sit scripturas sacras interpretari, ex quibus tanquam è fontibus, diuina iura ducuntur & peruntur: nam & ipsi quoque Pontifices ac ceteri Patres, ideo aliquid iuris esse diuini testantur, quia ex sacris literis eruntur.

Vt hanc controuersiam aliqua ex parte obscuram & perplexam, commodius explicemus ac dirimamus, præmittendum ducimus, inter omnes constare, Decimam in Vetere Hebræorum populo, iure diuino esse solutam, vt constat Exod. 22. *Decimas tuas*, inquit Moyses, *non tardabis reddere* & *Leuit. 27. Omnes decime terræ, siue de pomis arborum, siue de frugibus, Domini sunt, & illi sanctificantur. Omnia decimarum bonis, & ouis, & capræ, quæ sub pastoris virga transeunt, quicquid decimarum venerit, sanctificabitur Domini, & idem præcipitur, Num. 18.*

Questio 11

Quæstionis igitur dubiæ est primum, verum decimæ debeantur nunc in tempore Euangelicæ legis, iure diuino, quod quidem aperte ex Novo Testamento colligatur, hoc enim affirmant, vt paulo ante diximus, Iuris Canonici Doctores, Theologi verò negant. Illi verò probant primum ex illo Matthæi 23. Vbi Dominus dixit: *Ve vobis Scribæ & Pharisei hypocrite: quia decimatis mentam, & anelam, & cyminum, & reliquistis quæ grauiora sunt legi, iudicium, & misericordiam, & fidem.* Postea eos reprehendens, quod leuiora præcepta sectantes, grauiora negligenter, subdit: *Hæc oportuit facere, & illa non omittere.* Ergo voluit ibi Christus, vt vtraque præstarentur, ac proinde Decima soluatur. Deinde ex eo arguuntur, quod idem Christus dixit: *Nisi abundauerit iustitia vestra plus quam Scribarum, & Phariseorum, non intrabitis in Regnum Cælorum:* & paulo ante dixerat: *Non veni soluere legem, sed adimplere.* Præcepit itidem vt Cæsari reddantur quæ Cæsaris sunt, & quæ sunt Dei, Deo, ergo, quæ eademmodum tributa, & centus Cæsari persoluantur, ita etiam Deo, cuius sunt decimæ, persolui debent.

Secundum, dubiæ etiam quæstionis est, An præceptum datum diuinitus in Vetere Testamento de decima soluenda, ad mores pertineat, an verò potius ad cæremonias, quibus futura significabatur, An ad ciuilem veteris populi gubernationem? Quod est querere, An fuerit Morale præceptum, an Cæremoniale, an verò Iudiciale, Nam si ad mores pertinebat, Christi morte sublatum non est: Si ad Cæremonias, omnino abrogatum censetur, nec fas est, post Christi mortem illud obseruare: Si ad Populi gubernationem, delerum quidem est morte Christi, ita tamen, vt auctoritate Ecclesiæ de nouo constitui potuerit, Iuris itaque Canonici Doctores Morale præceptum fuisse censent; ac propterea minimè Christi morte antiquatum & extinctum, & ad primum Decalogi præceptum pertinere. Nam eo ipso, quod vnum Deum colere nos oportet, supremum omnium rerum Dominum ac Principem, aliquid ei offerre debemus, quo proficemur summum eius dominium ac principatum in omnia, & quo testemur eius esse vniuersa, & quicquid boni in nobis est, ei acceptum referendum. Theologi verò docent, eiusmodi præceptum Dei, ad ciuilem veteris populi administrationem spectare: & ideo Christi morte fuisse abrogatum; de integro tamen esse auctoritate Ecclesiæ constitutum. Nam ratio quidè naturalis præscribit aliquid esse Deo offerendum; sicut etiam præcipit aliquo tempore feriandum, & Deo diuinisq; rebus vacandum; at quemadmodum certum & statutum tempus minimè constituit, quo Deo vacemus; sic nec præcipit certam nostrorum bonorum partem Deo offerri: nec enim magis præcipit decimam, quam vigesimam, trigesimam, aut quinagesimam reddi.

In his igitur duabus quæstionibus à me propositis longe probabilior & verior est Theologorum sententia, videlicet, iuris naturalis & diuini esse decimam, vel aliquid, quo ipsa decima compensetur; hoc est, partem aliquam nostrorum fructuum necessariam ad ministros Ecclesiæ sustentandos, & ad soluendum debitum operarij Ecclesiasticis stipendium, sed non definitè partem de-

cimam fructuum: nam in Nouo Testamento, vt docet S. Thomas *quodlib. 2. art. 8.* nullum diuinum præceptum est datum nisi ad Decalogum, & mores, ad fidem, spem, & charitatem, ac Sacramenta à Christo Domino instituta pertineat: at præceptum de decima soluenda, non est tale: quoniam iuris quidem naturalis est, vt Ecclesiæ ministris aliquid reddatur, ex quo viuant, & debito stipendio afficiantur; sed vt soluamus decimam partem fructuum nostrorum potius quam octauam, aut vigesimam, iuris naturalis non est; sed scripti, diuini, aut humani. Christus item Dominus in Nouo Testamento non legitur præcepisse vt decima soluatur. Dixit quidem ille, Scribas, & Phariseos reprehendens, quod ex minutis rebus decimam soluerent, & grauiora legis præcepta negligenter: *Hæc oportuit facere, & illa non omittere:* sed his verbis, vt S. Thomas *quodlib. 2. art. 8.* Henricus *quodlib. 4. q. 28.* interpretatur, Decimam approbatam, quatenus in eo vetere populo diuina lege soluebatur, quasi diceret; Vos, Scribæ & Pharisei, oportet decimam soluere prout est in lege imperatum, & alia etiam grauiora legis præcepta seruare. Obiciebant Canonici iuris interpretes, Christum quod dixisset: *Nisi abundauerit iustitia vestra plus quam Scribarum & Phariseorum, non intrabitis in Regnum Cælorum.* Sed respondent Theologi, hoc ideo Scribis & Phariseis Dominum dixisse; tum quia illi in exteriora duntaxat virtutis officia incumbabant, interiora verò negligebant, & gloriâ apud homines aucupabantur, apud Deum autem eam comparandam parum, aut nihil curabant: tum quia minima seruabant, maiora contemnebant. Nec illud item obstat, quod obiciebatur: *Non veni soluere legem sed adimplere.* Nam Christus quoad vixit, legem seruare, & implere studuit, quæ tamen ipsius morte erat aliquo cessatura, cum ad id usque temporis fuerit diuinitus data. Pari ratione nihil impedit id quod est principio obiectum, nempe: *Reddite quæ sunt Cæsari, Cæsari; & quæ sunt Dei, Deo:* his enim verbis significare voluit, tributa Principibus debita soluere nos oportere; & Deo cultum, honorem & obsequium debitum tribuendum; & in illo vetere populo decimam esse reddendam, quia erat de ea soluenda præceptum diuinum constitutum. Nunc verò de ea reddenda diuinum præceptum non habemus, sed Canonicum duntaxat ab Ecclesiâ datum. Accedit his, vt quidam Theologi argumentantur, quod si Decima Diuini iuris esset, consuetudine abrogari non posset: at multis in locis tum ex toto, tum ex parte, Consuetudo tale ius abrogauit. Sed hoc argumentum non magnam vim habet contra Canonici iuris Doctores, vt inferius ostendam. Argumentantur alij; Priuilegio, aut beneficio Romani Pontificis fieri nõ posset vt decima non solueretur, si iure diuino deberetur: at in quibusdam Prouincijs Romani Pontificis auctoritate & concessu, Decima non soluitur. Sed nec hoc argumentum magni ponderis est apud me, vt inferius quoque dicam. Adde quod in Euangelio solum legimus, ministris Ecclesiæ commoda vitæ alimenta & stipendia deberi, iuxta illud: *Dignus est operarius cibo suo;* & Math. 10. *quis militat suis stipendijs vsquam?* At qui diuinum hoc ius non præscribit certam definitamque partem soluendam, sed

tantam, quanta sit necessaria ad commodè ministros Ecclesiae sustentandos & suo debito stipendio honorandos & afficiendos: hoc enim ius ingenue Theologi fatentur esse diuinum & naturale. Diuinum quidem, quia Apostolus dicit: *Dominus ordinauit, ut qui Euangelium annuntiant, de Euangelio uiuant: & qui altari deseruiunt, de altari uiuant: & ipse Dominus Matth. 10. Dignus enim est operarius cibo suo.* Naturale uero, quia naturalis ratio praescribit, ut qui laborat pro nobis, mercedè & stipendium debitum recipiat.

Quintò quaritur, Quo pacto intelligi debeat, quod toties ius Canonicum repetit, Decimam deberi iure diuino? *Respondeo*, Iuris Canonici Doctores hoc unico argumento esse permotos, quod in iure Canonico quatuor Doctores, Ambrosij, Gregorij, Augustini, Hieronymi testimonia continentur, in quibus perspicue dicitur, Decimam iuris esse diuini. Hieronymus certè ut refertur in c. 16. quæst. 1. Sic habet: *Quod autem Beatus in quaestione, utrum ius decimarum & oblationum secularibus provenire possit? Nouit vestra sanctitas omnino non licere protestantibus hoc diuinis auctoritatibus patrum Canonum. Quamobrem si aliquando fuerint ab eis male detenta, quae diuini iuris esse noscuntur, & in usum transferantur, ut horum, & seruorum Dei, & reliqua. Et ut habetur in cap. Reuertimini eadem causa, & questione idem Hieronymus ait: Reuertimini ad me, & reuertar ad vos, dicitur*

Matth. 7.

Dominus exercituum. Et dixistis: In quo reuertemur? Si affiger homo Deum quia vos configitis me. Et dixistis, in quo configimus te? In decimis & primitiis: & ideo in penuria vos maledicti estis, & me configitis gens tota. Inferte omnem decimam in horreum meum, & sit cibis in domo mea, & probate me super hoc, dicit Dominus, si non aperuero uobis caelorum cael., & effundero benedictionem usque ad abundantiam. Et post multa dicit: Si quando fames & penuria, & rerum omnium egestas opprimunt multum, sciamus hoc ex Dei ira descendere, qui in pauperem, si non accipiant elemosynam, fraudari se loquitur: & suas possessiones possimus decimas & primitias interpretari. Deinde Ambrosius Sermone primo de Quadragesima: qui Deo, inquit, non uult reddere decimas quas retinuit, & homini non si uult reddere, quod iniuste ab eo abstulerat, non timeat adhuc Deum, & ignorat quid sit uana poenitentia, ueritas, confessio. Et est Dei iustissima consuetudo, ut si in illi decimam non dederis, in ad decimam reuocent. Augustinus, ut habetur in cap. Decime 16. quæst. 1. ait: Deus enim uollet, qui dignatus est eorum dare, decimam à nobis dignatus est recipere, non sibi, sed nobis sine dubio profuturam. Et 16. quæst. 7. cap. Maiores, dicit: Maiores nostri ideo copijs omnibus abundabant, quia libentius decimas Deo dabant, & Caesari censum reddebant. Modo autem quia decessit deuotio fidei, accessit inuidia fisci: Nolumus pariri cum Deo decimis; modo autem tollitur totum: hoc tollit fisci, quod non accepit Christus. Gregorius uero, ut refertur in cap. Quadragesima, de Consecr. diuit. 5. Tubetur, inquit, ab omnipotenti Deo omnium bonorum nostrorum decimas dare.

Hoc idem multi Romani Pontifices suis Constitutionibus aperte tradiderunt, quia in primis Innocentius II. scribit in cap. Tua nobis, de Decimis: *Nimis profecto iniquum uideatur, si Decime, quas Deus in signum diuinitatis dominij sibi reddi praecipit, iustas esse decimas & primitias assuerant, occasione premissa vel excogitata magis si aude dimittunt ualeant. Et in cap. Tua de Decimis ait, nemine posse à solutione decimarum*

eximi imperiali concessione quamuis generali, quae diuina Constitutione debentur. Alexander III. in c. Parochianos de Decimis dicit: *Cum Decimae non ab hominibus, sed ab ipso Domino sint institutae, quasi debitum exigi possunt. Paschalis, ut refertur in cap. Decimas, 16. quæst. 1. Decimas, inquit, à Populo, Sacerdotibus, & Leuitis esse reddendas, diuina legis sanxerat auctoritas, Innocentius III. in Concilio Generali Lateranensi, & habetur in cap. In quibusdam de Decimis: *Illae decimae necessarias soluedae sunt, quae debentur ex lege diuina. Gregorius VIII. in cap. Decimas 16. quæst. 7. Oportet congruentius nos decimas & primitias, quas iure Sacerdotum esse sancimus, ab omni populo accipere, quas fideles, Domino precipiente offerunt, iuxta illud uaticinium Malachiae: Inferte omnem decimam in horreum meum. Urbanus II. Praecipimus ut decimas omnino dari Deo non negligatur, quas ipse Deus dari constituit: quia uincendum est, ut qui Deo suum debitum subtrahit, ne forte propter suum debitum asserat ei necessaria. His accedunt etiam Concilia; & quibus Moguntinense sic ait in cap. Decimae 16. quæst. 6. Decimas Deo & Sacerdotibus Dei dandas, Abraham salus, & Isaac promissis insinuat. Deinde lex statuit, ut omnes Sancti Doctores commemorant. Tridentina quoque Synodus in cap. 12. de Reformat. sess. 25. can. decimarum solutio debita sit Deo: qui eas dare uoluerit, aut damus impediunt, res alienas inuadunt. Et in Concilio Generali Lateranensi sub Innocentio III. ut habetur in cap. In quibusdam de Decimis, legitur: *Illae quippe decimae necessarias soluedae sunt, quae debentur ex lege diuina. Hoc sunt iuris Canonici decreta, quibus ostenditur, Decimam iuris esse diuinam, ut opinatur iuris pontificij consulti.***

Ceterum contra hanc iuris Canonici Doctrinam lententiam facere uidentur ea uerba quae refertur in cap. In quibusdam citatis, de Decimis ex Innocentio III. Concilio Generali Lateranensi, nimirum: *Illae quippe decimae necessarias soluedae sunt, quae debentur ex lege diuina, uel loci consuetudine approbata.* Vbi notandum sub distinctione & alternatiue (ut loqui in iure mos est) dixisse Pontificem (ex lege diuina uel loci consuetudine approbata) ad distinctionem autem sufficit unius partis ueritas, non utriusque. Quapropter iuris pontificij consulti in ijs uerbis interpretandis plurimum laborant, & dissident. Alij enim docent, iuris diuini esse Decimam, sed consuetudine gentis, ciuitatis, uel populi, aliquando partem minorem solui, nimirum duodecimam, uigesimali, uel trigesimali. Alij dicunt, iure diuino Decimam deberi, sed consuetudine alicubi decima aliquo alio compensari, in multis enim locis Decimae usus & more sunt, ut re alia commutata. Respondent alij, Decimam praedictam iuris esse diuinam, per sonalem uero consuetudine esse introductam. Ut merito dictum sit, inquit: *Decimae ex lege diuina debentur, uel loci consuetudine approbata.* Primum, in praedicta decima locum habet, & secundum, in personali. Ioan. Andreas & Panormitanus dicunt, hoc locum habere in ijs decimis, quae consuetudine soluentur: nam aliquae sunt quae hoc modo & iure debentur. Profecto quicquid dicant, uelint nolint, in opinionem Theologorum incidunt, nimirum, quod attinet ad partem in certam & necessarium ad ministrum Ecclesiae commodè sustentandos, iure diuino decimam deberi, uel aliquod quo decima compensatur.

fatur; quia iuris diuini est, vt populus Ecclesie ministros commodè sustentet, & eis debitam laboris mercedem, & operæ stipendium soluat ac reddat. Sed Pontifex, & Concilium absolute, & simpliciter aiunt, Decimam deberi ex lege diuina, vel consuetudine approbata. Quare fatendum est multo veriorum esse Theologorum sententiam, omnia iura superius allegata, triplicem sensum habere posse: Primum, Decimam Deo deberi, & Deo solui: (his enim verbis Augustinus, Ambrosius, & alij Patres vtuntur) quia soluitur Ecclesie in Clericorum alimentum & victum: & Deus sibi dari dicit, quicquid suis ministris datur: ac propterea suorum ministrorum alimentum, horreum, & domum, appellat suum cibum, horreum, & domum. Deinde, quemadmodum leges, res sacras, ac religiosas dicunt esse iuris diuini, quia sunt à communi hominum vsu sepositæ: eodè sensu Hieronymus & alij Patres Decimam aiunt iuris esse diuini, quia nimirum sit res sacra & religiosa, hoc est, sacris vsibus deputata. Tertio, Pontifices sæpè testantur, Decimam iure diuino deberi, tum quia Decimam accipiunt prout est pars fructuum debita & necessaria Clericis ad commodum eorum alimentum & victum, & stipendium debitum, non autem prout est certa & definita pars fructuum; videlicet, Decimam vocant illi vel decimam partem fructuum, vel id omne quo decima compensatur, quodque necessarium est ad ministros Ecclesie comodè sustentandos. Tum etiam, quia significant, Decimam nunc Ecclesie solui, quæ lege diuina in veteri Hebræorum populo Leuitis, & Sacerdotibus debebatur. Et Decreta Canonica ius diuinum interdum appellat, quicquid in sacris literis continetur, siue ad veteris id, siue ad Nouum spectet Testamentum, siue id quod more veteris legis constitutum est.

Secundo queritur, An Decima personalis iure diuino debeatur? Duæ sunt opiniones, prima affirmat, estque Innocentij *cap. vlt. de Paroch.* qui infanos vocat, & quasi hæreticos, eos, qui negant Decimas personales reddi debere: & miratur quosdam Theologos iuniores asserentes, Decimam personalem minimè iure diuino persolui, sed humano, vel gentis, ciuitatis, vel populi consuetudine approbata. Quod probat ille duplici testimonio diuinarum scripturarum, ex capite nimirum 18. Numerorum, & ex cap. 11. Deuteronomij, vt omnium bonorum decima solatur: at vbi leges ac iura nihil distinguunt, nec nos distinguere oportet. Accedit, quòd si ex ijs, quæ procreat humus, decima debetur, vt hæc bona Deo accepta referantur, ergo etiam ex ijs, quæ opera & industria hominis efficit, decima reddi debet, cū hæc etiam bona à Deo omnium bonorum largitore proveniant.

Secunda opinio docet, huiusmodi decimam iure tantum pontificio deberi. Extant enim decreta Pontificum, quæ iubent, hanc decimam solui, cuius quidem decimæ lex vetus nihil meminerat. Sic Hostiensis in *Summa tit. de Decimis §. 7.* Henricus *cap. Peruenit de Decimis*, Felinus in *cap. Causam de Præscriptis*, Cardinalis *cap. 1. de Decimis*, vbi dicit, hanc esse opinionem communem. De Theologis nihil est quod dicamus, quippe qui, vt prædiximus, generatim tradiderint, Decimam iure pontificio, non

diuino reddi, & solui; & S. Tho. 2. 2. q. 87. art. 2. ad 1. ingenuè fatetur, nullum esse in veteri lege datum præceptum de Personali decima soluenda. Et certè quicquid dixerit Innocentius, hoc quod diximus, est longè probabilius. Nam Deus voluit vt Leuita & Sacerdotes prædij, & possessionibus carerent; ac proinde lege sanxit, vt ceteri ex prædiorum, & possessionum fructibus, ipsis decimam persolueret. Quare quamuis vniuersim lex præcipiat, vt rerum omnium decima persoluator; intelligitur tamen deberi decimam ex fructibus omnium prædiorum & possessionum quas Lex Moysi Leuitis & Sacerdotibus denegarat.

Septimò queritur, An Decima sit res spiritualis & sacra, an temporaria & profana? Respondeo, ex cõmuni omnium sententiâ distinguendū hic esse: Aut enim Sermo est de iure exigendi aut præcipiendi decimam, aut de ipsis fructibus, in quibus decima consistit. Si primū, Decima est res spiritualis & sacra, vt docet Abbas in *cap. ad hæc de Decimis, nu. 2.* quoniam est ius exigendi, & percipiendi decimam ob ministeriū religiosum & sacrum. Nam Sacerdotum est, Sacramenta conferre, Dei verbum nunciare, ac spirituali cibo plebem sibi commissam & creditam pascere: & ideo qui spiritualia seminant, temporalia metunt, iuxta verbum Apostoli. Si verò de secundo loquamur, Decima, est res temporaria. Est enim terra, vel arborum, vel personarum, vel animantium fructus: quod sit, vt eiusmodi fructus, præsertim iam collectus, vendi, locari, & permutari queat: est enim vinum, oleum, frumentum, mel, ouis, vel agnus. Et idcirco etiam cum Clericus pœna pecuniaria mulsetur sententia solet executioni mandari in fructibus decimarum, in vino nimirum, oleo, frumento, & alijs huiusmodi bonis iam collectis. Hinc etiam sit, vt ius exigendi decimam in Laicum cadere non possit, quamuis fructuum capax Laicus sit, & qui tale ius sibi usurpat, sacrilegium admittit: quia rem sacram sibi contra Canonicas leges & iura sumit & arrogat.

Octauò queritur, An Decima, lege iustitiæ, an verò tantum lege charitatis & misericordiæ debeatur? Respondeo, Decimam deberi lege iustitiæ: quoniam Ecclesia iubens decimam dari Clericis, eo ipso talem actum constituit in virtute iustitiæ, & tribuit Parochis ius exigendi, & percipiendi decimas. Vt enim lege civili tributa Principibus debentur, & qui ea Principi denegaret, & sibi sumeret, furtum committeret: ita qui decimam Parocho debitam sibi retinet, alienum usurpat ac surripit: item sacrilegus est, quia rem sacris vsibus deputatam sibi sumit.

Nonò queritur, An Ecclesia Decimæ dominium habeat, an verò solum ei decima debeatur? quod perinde est ac si quereretur, qua actione decima petatur, vtum actione rei vindicationis, quæ est realis actio; An verò solum petatur tanquã debitum; hoc est, An petatur solum actione personalis? Hanc questionem tractauit Glossa duobus in locis, videlicet, in *cap. Tua 2. de Decimis*, & in *cap. Moderamine 16. quest. 1.* Abbas item in alijs duobus capitibus, nempe in *cap. Commissum, nu. 4. de Decimis*, & in *cap. Tua nobis nu. 11. de Decimis*. Ac duas referunt opiniones: prima est eorum qui negant, Ecclesiam eiusmodi dominium habere; & ideo ab ea non

1. Cor. 9.

Peti decimam cōditione rei vendicationis: nam quisquis rem vendicat, eam petit vt suam; & decima nisi sit separata ab alijs bonis, non definit esse prioris domini. ff. de Pollit. l. 2. §. vlt. Deinde, frumentum, & alia similia, quando sunt cum alijs eiusdem generis commixta, fiunt communia. Ergo decima, quæ ex frumento debetur, quamdiu est cum alio frumento permixta, adhuc in bonis nostris habetur & computatur. Accedit, quod rei nondum traditæ dominium, in alium minimè transfertur, ergo donec decima sit Ecclesiæ soluta, ac tradita, in bonis Ecclesiæ non numeratur. Sic Federicus in conf. 74. Et Rebuff. tract. de Decimis. q. 3. num. 16. & 17. & q. 9. num. 8. & seq. Quare huius opinionis auctores quidam aiunt decimam peti actione confessoria, qua petimus ius aliquod seruitutis, quod in re alterius habemus. *L. loci corpus, & l. 1. ff. si seruitus vendi. sic Rofre. in tracta. & libello. iuris Canonici. p. 4. rubr. qua ait. decima petatur. Iason. Instit. de actioni. §. equa. secundo notabili.* Decima verò, est seruitus quedam, quam populus Christi fidelis, Ecclesiæ debet. Aiunt alij decimam peti actione ex Canone, siue actione ex lege siue diuina, siue canonica, siue vsu approbata. Nam vt constat ex l. 1. ff. de condit. ex lege, quandoque obligatio est ex aliqua lege siue antiqua, siue noua, & lex non exprimit actionem, ex qua nascatur ea obligatio, petitur actione ex lege: & propterea quia diuina lex, vel canonica, vel consuetudo decimam solui decernit, eam petit Ecclesia actione ex lege, siue ex Canone.

Secunda opinio docet, Ecclesiam habere dominium decimæ, & eam petere actione rei vendicationis. Sic Abbas in locis supra citatis, ratus huius quoque sententiæ fuisse Innocentium, Hostiensium, & Ioannem Andream: additque hanc esse vtiorem, & magis cum iure Canonico congruentem sententiã. Nam in cap. Tua nobis de Decimis, Deus asseuerat, decimas & primitias esse suas, ergo sunt in Ecclesiæ dominio: nam pronomen (suum) in iure, dominium significat, vt colligitur ex l. Quintus Mutius. §. Argento & l. cum sua ancilla, & l. Scribit Quintus. ff. de Auro & argenteo legatis, & id non dicitur suum, quod quis in actione habet. Item in cap. Moderamine 16. quaest. 1. dicitur Ecclesiam posse vendicare decimas: sed rei vendicatio conuenit dominio rei, vt constat ex l. 1. & ex l. In rem ff. de Rei vendic. Quo fit, ait Panormitanus, vt non teneat venditio omnium fructuum facta à domino prædij, vt colligitur ex cap. Pastoralis, de Decimis: nam Ecclesia habet decimam partem pro indiuiso in fructibus, siue collectis, siue nondum collectis. Quod si decima Ecclesiæ tantummodo deberetur; profectò venditio valeret; & dominus prædij actione tantum personali esset Ecclesiæ obligatus. Item si quis segetes, oliueta, vel vineta igni exureret, Ecclesia ius haberet perinde ac dominus, agendi, contra istiusmodi deuastationem. Nam ex l. Si seruus seruum. §. Si Oliuam. ff. Ad legem Aquiliam. Si quis illicitè colligat oliuas non maturas, debet actione legis Aquiliæ, domino refarcire damnum, etiam si grandine, vel alia tēpestate potuissent fructus perire. Matis enim est, si non perire quoque potuerint. Hæc opinio est tenenda meo iudicio.

Ad id verò, quod est obiectū, respondent Glossa & Panormitanus, quod nimirum dicitur in l. 2.

§. vlt. ff. de Pollitica. decimam nondum separatam à bonis, adhuc esse in patrimonio prioris domini habere locum in Decima, quæ voto promissa est, nondum soluta, non autem in ea decima, quæ lege debetur Ecclesiæ, aut quæ iure communi persoluenda est. Id etiam quod obijciebatur, frumentum vnus domini cum alio alterius domini permixtum, pertinere ad dominum vtriusque frumenti, quod est permixtum, locum aiunt Glossa & Panormitanus habere, quando commissio fit voluntate dominorum: tunc enim totum pro communi & indiuiso habetur: & verumque frumentum commune fit, & vterque dominus habet actionem de communi diuidendo, vt diuidatur, sed si absque voluntate dominorum est permixtum, non fit commune: & vterque potest vendicare partem suam. *l. si frumentum ff. de rer. diuis. & Instit. de rer. diuis. §. si dorum.* Præterea, priuilegium, inquit Glossa, est Ecclesiæ, quæ rei nondum traditæ dominium acquirit, vt docent Glossa, Paulus & Iason in l. Vt inter diuisionem, c. de sacrosanct. Eccles. & colligitur ex cap. ex Literis ad suam de consuetud. Quibusdam iunioribus magis placet prima sententia, Decimam nondum à bonis nostris separatam, adhuc quidem esse in nostro dominio, & bonis, lege tamen iustitiæ deberi Ecclesiæ. Porro Canones, inquit, & iura, decimam aiunt esse Dei, siue Ecclesiæ, quia debetur, non quia in Ecclesiæ dominium transferit: Sicut tributa etiã nondum soluta & tradita, dicuntur esse Principum, ac Regū, quia ipsis iustitiæ lege debentur. Mihi yero magis secunda opinio probatur.

Decimò queritur, Quot, & quibus de causis decima sit constituta? Respondeo, multis. In primis vt constat ex cap. Tua nobis, de Decimis, instituta est decima, vt profiteamur, Deum rerum omnium supremum habere dominium. Deinde, vt ex decima, Ecclesiarum ministri commode alerentur, & suo debito stipendio afficerentur: & ideo in Scripturis eam Deus suum cibum appellat. Item, vt Sacerdotes omni cura victus solui ac liberi, Deo diuini que rebus expeditus & commo dius vacarent. Vnde 2. Paralip. cap. 13. præcepit Ezechias rex populo habitanti Hieruzalem, vt daret partes Sacerdotibus & Leuitis, quod liberis possent vacare legi Dei. Præterea ad Sacrarum ædium fabricam tuendam & conseruandam. Adhuc, vt peregrini, aduenæ, & egentes, vitæ sub sidium haberent: & idcirco conditi sunt Canones, quibus præcipitur, vt ex decimis quatuor portiones fiant: quarum, vnam sibi sumat Episcopus; altera Clericorum victui portio destinatur: tertia, sacerdotibus seruiat reficiendis: quarta pars, in usus & alimenta pauperum impendatur. cap. Vlt. cap. Concesso. cap. Quatuor. cap. de Reddibus. cap. Mos est. 2. quaest. 2. Quo etiam fit, vt decimas, ius Canonium appeller interdum, alimenta pauperum, cap. Decime. 16. quaest. 1. ex Augustino, & cap. Quatuor. eadem causa, & quaestione ex Hieronymo, & cap. Clericus. cap. Pastor Ecclesiæ. 1. q. 2. qua de re statim dicemus inferius. Ad extremū, decima est instituta, vt Parochia multa onera sibi iure Canonico imposita possint comode sustinere, nimirum, vt egenos aliquo vitæ subsidio subleuent: Vt Episcopo Ecclesiis inuisentis, debitum obsequium præstent: vt Romano quoque Pontifici portionem debitam persoluant: & vt

& vt sepe ex bonis Ecclesiarum, Principum inopiam & egestatem, Romani Pontificis concessu & auctoritate, sustentent.

Cap. XXIV.

Qui nam decimam solvere lege debeant :
ex quibus etiam bonis: ubi & quan-
do sit persolueda.

PRIMO queritur, Quis decimam prædialem solvere lege cogatur? Respondeo ex cap. *A nobis de Decimis* quemlibet, siue sit nobilis, siue ignobilis; quemlibet etiam, siue Laicus sit, siue Clericus, iuxta id quod habetur in cap. *Nonum, de Decimis*, decimam solvere debere: vt colligitur ex cap. *Si quis Laicus 16. quest. 1.* Item Iudæi decimam debent ex terris quas colunt Christianorum Principum iurisdictioni subiectis, cap. *de Terris, de Decimis*. Et idem dicendum est de Saracenis, Turcis & Paganis, qui sub Christianorum Principum ditione & potestate degunt, Idem prorsus etiam de Hæreticis, vt docent Abbas & cæteri in cap. *de Terris, de Decimis*. Item Reges, & cæteri Principes, & Imperatores, mercenarij, etiam & famuli, dummodo personæ sint liberae, ex lucro stipendij siue mercedis, decimam debent persolvere. Serui tamen non item, cum nihil proprium habere queant.

Secundo queritur, Quam decimam Iudæi, Saraceni & Paganis qui inter Christianos degunt, solvere debeant? Respondeo ex cap. *de Terris, de Decimis*, eos solvere debere decimam prædialem, ex prædijs nempe, quæ possident; aut ipsa prædia relinquere coguntur; quoniam cum Decima sit veluti quædam seruitus & onus prædijs annexum, sit vt decimam debeat is, in quem fuerit prædium translatum: res enim vna cum onere suo in quemlibet possessorem iure transmittitur ex cap. *Si quis Laicus, & cap. Ecclesie, cap. Quicumq; 16. quest. 1. & clarus in cap. Cum non sit in homine, de Decimis, & cap. Ex literis, de Pignori, Glossa in cap. Tua nobis de decimis, in verbo: sic & dominus, & in cap. decima, 16. q. 1. in verbo, negotio*. Sic etiam prædia, ex quibus Principi tributum debetur, in quemcunque possessorem deuenierint, vnâ cum tributo Principi debito transferuntur. cap. *Tributum, 23. quest. 8.*

Quæres, an Iudæus, in quem prædia deueniunt, solvere debeat decimam, quam per multos annos elapsos primus possessor non soluerat? Respondeo cum Parnormitano in cap. *de Terris, de Decimis. nu. 6.* esse cogendum solvere, Nam in *Imperatoris, ff. de Publicanis* ita aperte constitutum est, Quia in vestigalibus, hoc est, tributis, ipsa prædia, non personæ obligantur: ideo possessores; etiam præteriti temporis, tributum solvere debent. Possessor tamen secundus habet actionem contra possessorem primum, recuperandi tributa quæ soluit, si ab eo bona fide per ignorantiam prædia receperit. Ergo pari ratione debet Iudæus secundus possessor, decimam præteritam solvere. Deinde quæres, an si Titius prædium, ex quo multis annis exactis decimam non soluit, Caius vendiderit, iure Caius emptor conueniri queat, & cogi ad decimam illorum annorum soluendam? Respondeo cum Hostiensi, Ioanne Andrea, Felino, & Abbate in cap. *de Terris citato, & in c. Cum homines*

num. 6. *de Decimis*, posse: quia res cum suo onere in emptorē transfuit; c. *Ex literis, de pignori*. idq; aperte colligitur ex *Imperatores ante citata*. Immo testibus eisdem Ioanne Andrea, & Parnormitano, ius habet Parochus conueniendi quem maluerit, nempe vel Titium venditorem, vel Caium emptorē. Titium quidem, quoniam fructus percepit, & decimam non soluit, Caium verò, quoniam est nouus possessor, & rem habet decimæ obligatam. Hoc idem sensisse videntur Federicus, in *consil. 81. quod incipit: Laicus, & Abbas in cap. Cum homines citato. Tertio, si roges, An si aliqua certa regio siue prouincia in Saracenorum ditionem redacta sit, deinde verò ad Christianorum venerit potestatem, ita tamē vt multa prædia, quidam Saracenorum Christianis subiecti, possideant, ex quibus nunquam decima solita est solui, iure cogantur ij Saraceni ex ijs prædijs decimam solvere? Hoc ideo dubitatur quia in cap. *Quanto: de vsuris*, Iudæi compelluntur Decimam solvere, ex domibus & possessionibus, ex quibus Ecclesia percipere consueuerat, antequam ad Iudæos transfrent. Ergo, à contrario, ex ijs prædijs, ex quibus Ecclesia solita non erat percipere, decima minimè debetur. Huc accedit, quod si Turcarum, aut Saracenorum Prouincias Græci aut recuperarent, aut caperent, omnes istiusmodi homines à religione nostra alieni, iure cogi possent, decimam solvere ex omnibus prædijs, quæ penes ipsos, qui iam in Christianorum potestatem venerunt, manerent. Parnormitanus in cap. *de Terris, de Decimis nu. 5.* secutus Oldradum in *consil. 25.* Hæc omnia concedit hac ratione permotus: Quia Deus inquit, sibi omnium rerum in toto terrarum orbe existentium decimam reseruauit. Sed reuera, ex iure Canonico id minimè colligitur: quoniam ex cap. *de Terris, de Decimis, & ex cap. Quanto de vsur.* solum habetur, In fideles ex ijs prædijs debere decimam solvere, ex quibus solui solebat, antequam in eorum dominium transfererentur: quoniam res cum suo onere in possessorem transfertur. Ergo, si nullum onus res habet, possessorem nulli oneri & obligationi subijcit.*

Tertio queritur, An Iudæus iure cogatur decimam solvere personalem? De hac questione, Glossa in c. *de Terris, de Decimis, & 16. qu. 1. cap. Decima.* sentit cū Tancredo & Bernardo, eū ad id non esse adigendum; c. *De Decimis* docet, debere Iudæum decimam prædialem, non personalem solvere: c. *Tua nobis, de Decimis*, testatur, oportere eum solvere quandam decimam personalem: idq; probat ex cap. *Quanto, de vsur.* vbi sic est: *Iudæos, compellendos decernimus ad satisfaciendum Ecclesijs pro decimis & obligationibus debitis, quas à Christianis de domibus & possessionibus alijs percipere consueuerant, antequam ad Iudæos quocunque titulo deuenissent; vt sic Ecclesie conferrentur in demnes.* Sed certè ex his verbis nō deducitur, debere Iudæum personalem solvere decimam, sed prædialem, ex ijs nimirum domibus, & prædijs, ex quibus antea decima soluebatur. Abbas autem in ca. *De Terris, de Decimis in 6. prædicta Decreti* verba sic intelligit, Iudæum meritò cogendum solvere personale decimam, ratione eius lucri, quod interest Ecclesie: nam damnum sustinet Ecclesia ex hoc, qd Iudæus habitat in domo, in qua si Christianus habitasset, decimam soluisset; sed neque hic sensus iuxta quorundam sententiā cum ipsa

constitutione congruere videtur, quod patet ex verbis præallegatis. Et minus verum esse quidam opinantur, quod subiungit idem Panormitanus, iure posse Ecclesiam compellere Iudæos ad soluendam simpliciter quamlibet decimam personalem: nam hæc decima ratione personæ soluitur; at Ecclesia nil iuris habet in eos, qui foris extra suum gremium sunt. Sed Panormita id dixit, quia censet decimam diuino iure deberi, & putauit Ecclesiam posse cogere iudæum sibi subiectum ad id iuris seruandum. Iudæus itaq; vt ex iure Canonico constat, decimam prædialem debet: de personali, debeat necne illam, in iure expressum non est.

Quartò quæritur, vter decimam soluere ex agro debeat, dominus agri, an cõductor, qui solet vocari colonus partiarus siue mediarius, aut Colonus censualis, siue pensionarius: ille dimidiam partem fructuum domino soluit: hic verò certas mensuras fructus, aut certam pecuniam. De hac quæstione Glossa in c. *Quæsti sunt* 16. q. 1. & in c. *Tua nobis de decimis* in verbo sic & dominus. Respondeo cum Glossa & Abbate in c. *Tua nobis de Decimis*. In primis de domino agri: Aut is locauit agrum, vt reciperet dimidiam partem fructuum: & tunc vterque partem decimæ debet, quia vterq; dimidiam partem ex fructibus percipit, ergo ex ea dimidia parte decimã debet: Aut dominus conduxit operas coloni pecunia, vel loco pecuniæ certis mensuris fructus, siue colligeretur fructus aliquis, siue nullus: & tunc dominus debet soluere integram decimam, quia omnes fructus percipit ex agro; nec potest deducere id quod soluit Colono, quia debet decimam soluere non deductis impensis, cap. *Non est*, & c. *Cum non sit, de Decimis*: Aut dominus locauit agrum colono certis mensuris, aut certa pecunia, ita vt omnes fructus ad conductorem spectent: & tunc dominus non debet decimã ex pensione quam recipit à colono: quia totum onus ad conductorem transit, eo quòd dominus propter hoc onus minorem pensionem exigit. Si Sermo sit de Colono, aut is est partiarus, & debet decimam ex dimidia parte fructuum, quam colligit: Aut est censualis, qui conduxit prædium certis mensuris, & tunc debet soluere decimam ex lucro suo deductis sumptibus, vt constat ex Glossa in cap. *quæsti sunt* 16. q. 1. Aut est censualis, qui conduxit totum prædium, ita vt ad ipsum spectent omnes fructus, & sic debet integram decimam. Hæc ex Abbate & Glossa loco citato.

Quintò quæritur, An Clericus decimã soluere debeat? Hanc quæstionem tractat S. Tho. 2. 2. q. 47. art. 4. & Canonici iuris interpretes in ca. *In Nouum genus, de Decimis*. Inter omnes constat, Clericũ non debere decimã soluere ex decimis quas ipse percipit: eum item, soluere decimam debere ex prædijs patrimonialibus sitis in aliena Parochia. Sic Glossa, Innocentius, & Abbas: nam talis decima est onus quod ipsis prædijs adhæret. Sylu. in verbo *Decima* q. 7. ait, hoc locum habere, nisi Clerici inseruiant Ecclesiæ, cui debentur. Dubiè verò quæstionis est, an Clericus soluere decimam debeat ex prædijs, quæ pertinent ad Ecclesiæ dotem, hoc est, ex prædijs, quæ ratione Ecclesiastici beneficij Clericus possidet. Negat Glossa; negat etiam S. Thomas loco citato, Clericum debere decimã ex

prædijs Ecclesiasticis. Innocentius verò vniuersè docet, Clericum debere soluere decimã prædialem. Expressim Panormitanus fateatur, huiusmodi quoq; decimã esse à Clerico soluendam: nam et si dotalia sint Ecclesiæ prædia, sunt tamen ei oneri subiecta, & ea seruitute affecta: tum quia præd. si aliter nõ potuit in Ecclesiam transferri, nisi cum onere: tum etiã, quia vna Ecclesia nõ potest cum alteri? Ecclesiæ dāno extrui, fundari, dotari, &c. ex c. *Ecclesiæ*, & cap. *Quæstio* 16. q. 1. & c. *Nuper, de Decimis*, colligitur, prædia collata ad monasteriũ fundandum, nequaquam liberari à lege & obligatione decimæ persoluende. Si verò prædia sita sint in propria Parochia, hoc est, in ea, in qua Clerici inseruiunt, negat Panormitanus Innocentiũ secutus, què citat, debere Clericos soluere, quia cui in ea Parochia inseruiant, sibi ipsis soluere decimã videntur. Obijcies, ex ijs etiam prædijs à Clericis decimã debere solui: siquidẽ potest quis tanquã priuata persona sibi ipsi tanquã publicæ personæ obligari: quem admodũ tutor tanquam debitor pupillo, soluit sibi ipsi tanquã tutori. l. *Quæstio* ff. de *Administ. tutelæ*: & Rex potest filios suos legitimos efficere nõ tanquam pater, sed tanquã rex. Eadem enim ratione in l. *Si Consul* ff. de *Adquir. lib.* Consul tanquã priuatus manumittit seruum suum, apud se ipsum tanquam magistratum. Respondeo, Clericos ideo decimam soluere nõ debere Ecclesiæ, in qua inseruiunt, quia ipsi in ea Ecclesia sunt Parochia adiutores: vnde solum decimam debent, quando se habent, vt Laici qui in aliena Parochia prædia patrimonialia possident. De Personali verò decima si sermo sit, ruc distinguit Abbas: Aut Clerici sibi ipsis & non Ecclesiæ acquirunt, hoc est, non cõmuniter viuunt: & tunc decimam debent Parocho, in cuius Parochia domicilium habent, & diuina audiunt; aut cõmuniter viuunt in vna Ecclesia, & Sacramenta recipiunt ab alterius Ecclesiæ rectore, vt olim Monachi accipiebant à Parocho, in cuius Parochia situm erat Monasterium; & tunc debent decimam illi soluere. Aut nõ recipiunt ab alterius Ecclesiæ Parocho, & propterea Personale decimã soluere non debent ex lucris Ecclesiæ quæ percipiunt.

Sextò quæritur, An qui combussit segetes, vel conculcauit sata, vel incendit vites, vel ruperit, quibus capiuntur pisces, volucres, vel fera, nõ solum debeat arbitrio boni viri damnum restitucire, quod passus est dominus, vel piscator, aut venator, sed etiam Ecclesiæ restitucere debeat decimam, quam verisimiliter haberet, nisi id damni euenisset. Quidam negant, cum debere Ecclesiæ decimam reddere. At Innocentius, Abbas, Ioan. Andreas in cap. *Commissum de decimis*, docent, aduersus eum Ecclesiam actionem habere, quia decimæ dominium habet Ecclesia. Vnde sicut dominus habet actionem in eum, vt reddat æstimationem damni; sic Ecclesia vt restituat æstimationem decimæ arbitrio boni viri. Et ita idem docuit *Coarctationis in Regula Peccatum*, part. 2. f. 8. v. 12. ad finem. Hoc tamen locum habet, vbi decima solui solet ex prædiorum fructibus, & ex venatione, aucupio, & piscatione.

Septimò quæritur, An Canonicus audiens extra Ecclesiam, cuius est Canonicus, diuina, decimam soluere debeat, ex suæ præbendæ (quam

appellant)

appellat) fructibus tanquam ex lucro? Antonius Batrius & Petrus Ancharanus in cap. 2. de Decimis, affirmant debere: quia Canonicus fructus præbendæ facit suos, ergo tanquam ex lucro debet personalem decimam solvere. Abbas tamen Innocentium secutus in eodem capite, censet nõ debere: putat enim ille, Beneficium fructus beneficij non facere suos: quia beneficiũ Clerico confertur, vt inde sumat quod est sibi ad victum necessarium, & reliquum in vltus pauperum impendat. Enimvero id quod Antonius & Ancharanus tradidit, longè probabilis est, vt suo loco docebimus; nam Beneficiarius fructus beneficij facit suos, vt alibi docebo. Animaduertendum autem est, nostris temporibus Sacerdotes Sacramenta, vt olim, ab alijs Parochis non percipere, nec audire diuinam in aliena Parochia: ipsi etenim per se cantant, offerunt & sacrificant, & Sacramenta à se inuicem recipiunt, ac proinde decimam prædialem non soluunt. Et personalis decima, quæ ex lucro & artificio debetur, in desuetudinem abiit: Inferiores verò Clerici, quales sunt primam conluram habentes, & alij minoribus ordinibus initiati, cum Sacramenta à suis Parochis accipiant iustar Laicorum, iure communi decimam soluere coguntur: & qui beneficia habent, ex beneficiorum fructibus consuetudine decimam non soluunt. Clerici itidem matrimonio coniuncti à decima soluenda liberi & immunes non sunt, vt patet ex cap. 1. de Clerico coning. in 6. ad fin. eamq; debeat Parocho, in cuius Parochia Sacramenta suscipiunt, & rem diuinam audiunt.

Octauo quaeritur, An Legatarius, Donatarius, & hæres debeant decimam ex rebus per donationem, legatum, aut hæreditario successione acquisitis. Quidam teste Syluestro in verbo, Decima q. 6. sentiunt non debere. Sed dicitur, dum est quod ait Syluester ex Glossa in cap. Pastoralis de Decimis, in verbis, quasi de lucro, Legatarius, & Donatarius debere ex fructibus per legatum, vel donationem acquisitis, quamuis, vt dicam inferius, q. 11. nõ ex rebus immobilibus, cuiusmodi sunt prædia, vel domus ex quibus postea colligunt fructus, vel pensiones sed ex fructibus Decimam soluunt. Item debent decimam ex rebus mobilibus per donationem acceptis: hæres itidem extraneus debet decimam ex rebus per testamentum partis, non autem hæres legitimus, qui necessario ab intestato succedit, qualis filius est, nam bona patris ad filium legitimum iure pertinent: & filius vel hæres necessarius & pater pro vna persona habentur. Hæc omnia Glossa in cap. Pastoralis, in verbo, quasi ex lucro, de Decimis. Et cap. Decime, verbo, negotio. 16. quaest. 1.

Nono quaeritur, ex quibus bonis sit decima persoluenda? Respondeo, prædialem decimam ex omnibus terræ fructibus, vt colligitur ex cap. Non est, cap. Ex parte, de Decimis; Personalem verò, ex omni personæ lucro, nimirum negociatione, opificio, venatione, arte & industria; ac proinde ex omni peculio Castrensi, vel quasi castrensi, aduentitio, vel profectitio. Hæc omnia probantur ex iure ipso Canonico. Primum, de Prædiali decima in c. Ex transmissa, de Decimis, sic est: *Fidei homo ex omnibus, quæ licite potest acquirere, decimas debet soluere.* In c. Non est de Decimis, habetur, ex frumento, vino, & leguminibus decimam esse soluendam:

Vnde cum palea etiam numeretur in fructibus. *L. Adeo. §. Cum quis. ff. De acquirere, re. dominio.* etiam ex ea iure decima debetur; & ex fructibus arborum decimam esse præstandam dicitur in cap. Non est, cap. Cum homines de Decimis: ex lucro quod ex molendinis percipitur. *cap. Peruenit, de Decimis:* siue lucrum in frumento, siue in pecunia consistat. Item ex fructibus quamuis minutis, qui proueniunt ex hortis, in quibus ad victum herbae & olera nascuntur: ex oleribus enim etiam decima iure debetur, cum sit fructus terræ; Item ex leguminibus. Vnde ex croco, & foeno decima iure præstat: Vt si foenum in fasciculos redigatur, ex his decimus debetur. De mixta decima etiam ius Canonicum dicit, eam esse soluendam: vt ex piscibus, quilibet stagnis & alijs piscinis nutriuntur, & inde capiuntur in escam: Secus si voluptatis gratia tantum piscinæ habeantur: tunc enim ex illis lucrum non existit. Ex animalibus, vt ex gregibus ouium, & armentis bouum, & ex foetibus ipsorum: nec non & ex fructibus, quales sunt pelles, lanæ, oua, lac, butyrum: ex apibus quoque, nimirum ex melle & cera. *cap. Nuncios de Decimis.*

Quæres, an de ipsis quoque apum examinibus sit decima soluenda, ita vt retentis nouem, decimum debeat? & ex decem apum aluearibus, vnum sit iure præstandum? Respondeo, hæc de re nihil esse in iure expressum: consuetudine tamen talis decima non soluitur. Item ex aucupio exoluitur decima: nam etsi expressim nihil sit iure Canonico statutum, Iuriconsultus tamen in l. Item si fundi. §. Sed si insula, ff. De usufructu, dicit, Aucupiorum vltim fructum, sicut piscationem, esse fructuarij. Ergo si ex aucupio fructus proueniunt, decima debetur. Non tamen si voluptatis gratia volucres, vel feræ in aliquo loco includuntur. Item decima personalis iure communi debetur. *cap. Cum homines, de Decimis:* ex militia, negociatione, opificio decima debetur. *ca. Decime, 16. quaestione prima,* vt ex venatione, *cap. Non est, de Decimis,* Insuper Doctor & Aduocatus, & ceteri ex mercede, siue ex lucro. Glossa in cap. Decime. in verbo negotio. 16. quaestione prima, & in cap. Pastoralis de Decimis in verbo, quasi de lucro, ad finem. Ex spolijs ite, & prædis quæ in bello iusto acquiruntur; Et quia Aduocati dicuntur militare, l. Aduocati. c. De Aduocatione diuersorum iudicum: ideo ex lucro, quod inde percipiunt, decimam debent. Item ex domibus decima præstat, id est, ex pensione annua, qua domus ipsæ locari solent. Sic etiam ex pascuis, hoc est, ex pretio, quo pascua locantur, siue venduntur quotannis. Abbas in cap. Commisum de Decimis: non tamen si ex eis nostra animalia nutriantur. Ex lapidicinis item, vel auri fodinis, nimirum cum ex ipsis lucra nobis proueniunt. Syluester, Decima, quaestione sexta. Rosella numero quinto, Angelus numero quinto. Item ex lignis sylvarum ceduarum, hoc est, ex decem lignorum fascibus, decimus debetur; vel si ligna venduntur, decima pars pretijs & ex furnis itide; ita vt decima pars comodi siue consistat in pane, siue pecunia, debeat. Sciendum autem est, si pisces, vel volucres, vel feræ capiantur, decimam deberi personalem, quia sunt fructus, qui ex industria & labore personæ proueniunt: at verò si in loco certo includantur cibi causa, nõ voluptatis, Prædialis,

sive Mixta decima debetur, quia est fructus ex nostris animalibus proueniens. Animaduertendum etiam est, eiusmodi decimas, quæ sunt hæcenus à nobis explicatae, iure quidem communi deberi, sed consuetudine tamen, magna ex parte solui desisse. Etenim decima personalis in defuetudinem iam abiit: Prædialis quoque ex multis fructibus præsertim minutis alicubi non soluitur, ut ex herbis, oleribus, leguminibus. Quare ubique est gentis, ciuitatis, vel populi consuetudo seruanda, cum est vsu ipso legitime præscripto recepta.

Decimò queritur, An si dominus conditionem suæ rei mutet, decimam soluere debeat; scilicet in agro, qui arari, & feri solebat, Titius vineam plantauit, aut in area, vel platea arbores seuit, vel domos extruxit, aut ex vinea agrum ad seminandum fecit, Queritur an decimam debeat? Respondeo ex Abbate, & ex communi sententia omnium in cap. *Commissum*, de *Decimis* dominum quidem liberè posse sui agri, prædij, vel possessionis conditionem, siue qualitatem absque vllò Ecclesie consensu mutare; nihilominus tamen rei qualitate mutata, debetur decima ex fructibus, qui ex ea re colliguntur. Quare, si prius ex re decima non soluebatur, quia nullos ea fructus reddebat, annua decima debetur, quia ex ea fructus percipiuntur. Item, si prius ex re minor decima præstatur, quia erant fructus pauciores, vel minores; nunc qualitate mutata, quia res facta feracior vberiores fructus reddit, maior decima debetur.

Vndecimò queritur, An decima debeat ex Pascuis, prædij, domibus, & alijs bonis immobilibus, quæ donatione, vel testamento in alicuius extranei dominium, transferuntur? nam eo ipso quod quis donatione alterius acquirit, lucrû sibi comparat. De hac quæstione tractaui ex parte in hoc capite quæstione octaua, Respondeo ex communi sententia in cap. *Commissum* citato, ex fructibus & alijs rebus mobilibus per donationem acquisitis decimam deberi, quia sunt lucra: at non debetur decima, ut ait Glossa in cap. *Pastoralis* in verbo *Quasi de lucro*, de *Decimis*, ex bonis immobilibus, quauis sint lucra: sed ex fructibus huiusmodi bonorum, nimirum, vel ex annuis pensionibus, quibus locantur, vel ex fructibus, qui ex ipsis quolibet anno colliguntur.

Duodecimò queritur, An si res aliqua duplex triplicesue fructus singulis annis reddat, sit decima soluenda non solum ex primis, sed etiam ex secundis, & tertijs fructibus? Respondeo, ex singulis fructibus decimam iure deberi, & ex parte 2. de *Decimis*. Nam ex omnibus fructibus ac fructibus decima persoluitur. Consuetudine tamen introduci potest, ut ex primis tantum fructibus decima debeat.

Decimotertiò queritur, An decima debeat ex bonis, vel lucris malè acquisitis & partis, ut ex re furtiua, vel rapta: De hac quæstione Glossa in cap. *Decima*, verbo *negotio*, 16. quæstion. prima. Respondeo, decimam Prædialem deberi, quamuis prædium ad nos contra leges, & iura deuenerit, quia prædium cum suo onere transit ad quemlibet possessorem siue bonæ, siue malæ fidei. Glossa in cap. citato. Decima personalis non debetur ex

ijs, quæ sunt domino restituenda. Ex cæteris vero, si fuerint lucra ex peccato notorio parata, ut ex meretricio quæstu, Ecclesia decimam non recipit: quamuis ipsi qui acquirunt; debeant; à quibus per pœnitentiam veram conuersis potest Ecclesia recipere decimas prætermittas. Si lucra fuerint ex peccato occulto, quamuis noto Parocho siue Prælato, Ecclesia recipere potest decimas. Hæc omnia Syluester verb. *Decima quæstione sexta*, partim ex Hostiensis, Innocentio, & partim ex Sanct. Thoma secunda secundæ, quæstion. 87. articulo 2. ad 2.

Decimoquarto queritur, Vbinam sit decima persoluenda? Respondeo, Prædialem quidem in loco, vbi situm est prædium, cap. *Ultim. de Parochijs*, nisi consuetudo aliud habuerit. cap. *Cum sitis*, & cap. *Ad Apostolica*, de *Decimis*: alicubi est in more positum, ut pars decimæ soluatur parochiæ, vbi constitutum est prædium, & pars Ecclesie, vbi dominus prædij domicilium habet, vel vbi audit diuina, & recipit sacramenta. Personalis vero, in loco, soluenda est, vbi quisque Sacramenta suscipit, & vbi audit diuina toto anni tempore, aut maiori ex parte, cap. *Secund. de Sepulch. in sexto*, & cap. *Ultimo*, de *Parochijs*: quod si aliquis in vna Parochia rem diuinam audit, aliquando verò in alia, ut potè hyeme in vna, æstate in altera, tunc personalis decima æqualiter diuiditur auctoritate superioris, si æquale sit tempus; alioquin pro rata portione temporis. Si quis itidem in pluribus Parochijs domicilia habeat, soluet in ea Parochia decimam, in qua præcipuum domicilium habet: nam in ea Parochia, in qua est situm domicilium, quisque diuina audire debet. Item Personalis decima, si quis mutauerit domicilium, non debetur primæ Parochiæ, sed secundæ si in ea audit diuina, & Sacramenta suscipiat, cap. *Ad Apostolica*, de *Decimis*. At Scholastici & Mercenarij in ea Parochia censentur, in qua habitant. Glossa in *Clementina prima*, de *Privilegijs*.

Decimoquinto queritur, Vbinam decima proueniens ex fructibus animalium, solui debeat? De hac quæstione Nauarr. consilio secundo, de *Decim.* Glossa in cap. *Ad Apostolica* de *Decimis*, sentit hæc decimam ad Prædialem reuocari; Et ideo deberi Parochiæ, in qua animalia commorantur, & pascuntur. quod si hyeme pascantur herbis in vna Parochia: æstate, in altera: in alia verò iaceant & dormiant, decima diuidi debet inter eas Parochias: Glossa in cap. *Ad Apostolica* de *Decimis*. Nauarrus consil. citato, numero decimo, quia censet decimam huiusmodi esse mixtam, prædialem, & personalem, ait, si dominus animalium domicilium habeat alibi, quàm vbi animalia pascuntur, debet partem decimæ, parochiæ vbi habet domicilium: quia ibi audit diuina, & suscipit sacramenta, & partem parochiæ, in cuius agris animalia morantur, aut pascuntur. Sed meo iudicio, communis est sententia, eiusmodi decimam ad prædialem referri; ut dixit Glossa loco citato. Notandum est autem, triplicem esse animalium fructum: primus, consistit in foetu; secundus, in lacte & ijs, quæ ex lacte conficiuntur; tertius, in pellibus, & lana. L. In pecudum ff. de vsuris, & Insti. §. In pec. de Rev. diuis. Ex fecibus, is qui decimo lo-

co natus est, debetur, quamvis consuetudine sol-
leat pro eo pecunia solui. Ex lana, decima
quoque debetur, cum detonsæ sunt pecudes, ita
vt nouem velleribus retentis decimum perfol-
natur, ex lacte similiter, nouem mensuris reten-
tis, decima præstatur, & ex caseis decimus: Con-
suetudine alicubi receptum est, vt decima ex lac-
te in ea Parochia soluat, vbi ex vberibus, siue
mammas hauritur & fugitur: & ex caseis, vbi ca-
sei fiunt: & ex foetu, in ea, vbi pulli nascuntur.
QVAERES, An in vineis, vel agris, vbi fructus
colliguntur, solui decima debeant; an verò defe-
rende sint ad Ecclesiam, cui debentur? Respondet
Hostiensis, teste Sylu. in verb. Decima. q. 9. esse con-
suetudini standum.

Decimosexto quaeritur, Quando nam Decima
sit persoluenda? Respondet, prædialem esse sol-
uendam, quando sunt collecti fructus: Personalem,
quando est lucrum ratione personæ acqui-
situm. Decima ex foetu animalium soluitur, quan-
do pulli nascuntur. Ex lana, & pellibus, quando
tondentur pecudes, aut paratæ sunt pelles. Ex ca-
seis, quando facti sunt. **SI QVAERAS**, an decima
prædialis, fructibus collectis, statim solui de-
beat. Respondet, debere solui. cap. Cum homines de
Decimis, & sufficit, esse perceptos, quamvis non-
dum sint perfectè collecti. Si eius. ff. De rei vendic.
vbi dicitur: Perceptionem fructus accipere debemus, non
si perfectè collecti: sed etiam capti in percipi, vt terra
contineret fructus deserti; vel luti si oliuæ, vel vineæ fuerint,
& nondum ab aliquo vinum, vel oleum factum sit, statim i-
pse fructum accepisse existimandum sit. Sic ibi. **DEINDE**
QVAERES, an decima personalis statim atque
est acquisitum lucrum, sit persoluenda? Glossa in
cap. Reuertimini in verbis, Annuis 16. questione prima, cen-
set solui posse ad exitum anni. Sic etiam Abbas in
cap. Peruenit numer. 3. de Decimis. At Cardinalis in eo
ca. Peruenit, docet statim esse soluendam, quoniam
ius, inter prædialem, & personalem decimam,
nihil distinguit; & Parochus intra annum, sæpe
rebus ad vitam necessarijs indigere consuevit.
Sed mihi magis Glossa & Abbatis sententia pro-
batur.

Decimoséptimò quaeritur, An decima antequam
petatur, iure communi solui debeat? Respondet
Cardinalis in cap. Peruenit, de Decimis, non esse sol-
uendam, nisi petatur; quod probat ex eodem ca. Per-
uenit, de Decimis. At communis sententia verior
est, eam solui debere iure communi, antequam
petatur, vt Ancharanus & Abbas in eo cap. Peruenit,
traderunt. In cap. Cum homines de Decimis a-
pertè statuitur, eam statim esse soluendam colle-
ctis fructibus: nam Decima, est quædam oblatio,
& oblatio spontè datur, antequam petatur. Ob-
iicies quod habetur in cap. Peruenit, requiri admo-
nitionem. Respondet, eiusmodi admonitionem
requiri, vt antequam is qui decimam retinet, ex-
communicatione feriatur: nam excommunica-
tionis sententia non fertur ob delictum tantum-
modo, nisi contumacia præcesserit: non autem
eo capite significatur opus esse admonitione vt de-
cima non petita soluat. Tertio obiicies Pau-
lum attestantem, nihil se à Corinthijs petiuisse,
neque recepisse, vt testatur ipse in priori ad Corin-
thios Epistola cap. 9. & referitur in cap. Predicator. 16. q. 1.
Ergo si decima non petatur, solui non debet. Re-

spondeo: quando Ecclesia expressè, vel tacitè de-
cimam remittit, solui nõ debere, nisi Ecclesia de-
nudè eam petat: quando verò ea non remittitur,
solui debet antequam petatur. Cæterum vbi fue-
rit consuetudo recepta & præscripta, vt decima
non nisi petita soluat, nõ debetur nisi petatur,
vt ibidem docet Panormitanus.

Decimooctauò quaeritur, Quid sit dicendum,
quando Titius vendit Caio agrum suum, ex cuius
fructibus per aliquot annos Titius decimam non
soluerat, poteritne Ecclesia conuenire Caium
emptorem vt soluat omnes decimas prætermis-
sas, quas Titius non soluit? Respondet cum Ho-
stiensis, Ioanne Andrea, & Abbate in cap. Pastoralis
de Decimis, iure posse, quia res transit cum suo on-
ere ad emptorem, siue possessorem. Nam in l. Impe-
ratores. ff. De publican. possessor cogitur soluere tri-
buta præterita, quia res transit ad eum cum eo
onere, & res, non persona est obligata. Immo
addit Ioannes Andreas, posse Rectorem Ecclesie
conuenire recentem, aut veterem possessorem.
Et idem ajunt Archidiaconus, 16. q. 1. ca. Si quis Laicus. Fe-
dericus conf. 74. & Abbas in cap. citato Pastoralis.

Caput XXV.

Quo modo Decima peti, ac exigi debeat.

PRIMO quaeritur, Coram quibus Iudicibus sit
decima petenda & exigenda, & apud quem
Iudicem agenda causa de Decimis? Respondet ex
communi sententia, quam habent Glossa ad Sum-
mam 10. q. 1. Calderinus in consil. 15. an Index, tit. De foro
compet. Talon in consil. 23. vol. 1. Rebuff. de Decimis q. 1. nu-
38. nõ coram Iudice, vel Magistratu civili; sed co-
ram Ecclesiastico decimam petendam esse. Nam
causa decimarum, est spiritualis, siue Ecclesiasti-
ca cap. Parochianos, de Decimis, & docent Glossa in ca.
Ex tenore, de Foro compet. Cuman. in consil. 38. Fulgofius
in consil. 166. causa verò spiritualis & Ecclesiastica,
ad Iudicem Ecclesiasticum tantummodo perti-
net. Clem. Dissensiosa de Iudicij, & cap. Decernimus, de
Iudicij. Ita vt Iudex civilis simul etiam cum Ec-
clesiastico de causa spirituali cognoscere & iu-
dicare non possit, etiam ratione compromissi. ca.
contingit, de Arbitris.

Secundò quaeritur, An quando tribunal siue
prætorium Regis vel Principis constat ex Laicis
& Clericis, possint eiusmodi Iudices causam de-
cimarum cognoscere, & de ea statuere & iudica-
re? Respondet; Nisi Iudices Clerici à Romano
Pontifice dati fuerint, non posse: quia ratio habet-
ur eius, à quo est iurisdicção mandata. Quare cū
eorum iudicum potestas, & iurisdicção à solo Re-
ge, Imperatore, vel Principe fluxerit, ad causas
spirituales trahi non potest, in quibus Rex, vel
Princeps ius & potestatem non habet. Rebuff. de
Decimis. q. 10. nu. 3.

Tertio quaeritur, An quando Decima est Laicis
nomine & iure feudi data, & Iudex civilis ius
habeat eius causam cognoscendi & iudicandi?
Animaduertendum est, Principibus & Regibus
aliquando decimas Ecclesijs debitas, Romani
Pontificis auctoritate dari nomine & iure feudi:
aliquando dari, vel ad tempus ad tertiã vel quartam
generationem, vel in perpetuum, ea lege, vt

ipfi eas

ipsi eas alia re maiori vel æquali compensent; hoc est, ut Ecclesiæ ipsorum cura & opera, dotem idoneam habeant; & Rectores Ecclesiarum ac ceteri reb^{us} Ecclesiasticis præfecti commoda vitæ subsidia aliunde percipiant, ex quibus alantur. Et ita datæ sunt Romani Pontificis cōcessu Regi Hispaniæ Catholico Ferdinando, huius nominis Quinto, Decimæ in toto Regno Granatensi: vt testatur Couarru. in *Practico questio. cap. 35. num. 2.* quoniam suis impensis, sumptibus, & magnis laboribus, Regnum illud Saracenis eripuit: & decimæ quoque datæ sunt Hispaniæ Regibus in ijs Prouincijs, quæ Hispanorum navigatione nostris temporibus inuenta sunt, quas vulgo Indiarum nomine vocant. Philippo item Pulchro Francorum Regi, Gallici scriptores referunt, teste Rebuf. in *tract. de Decimis questio. 10. numer. 39.* datæ esse decimas in Francia Romani Pontificis concessu: & olim annuentibus expressè, omnibus Franciæ Præsulibus, Carolus Martellus Caroli Magni auus, decimas Ecclesiarum impetrauit, easque nobilibus Francorum proceribus assignauit, eo quòd duobus prælijs innumeram Saracenorum multitudinem fuderant, qui ex Hispania in Galliam irruerant, templa diriperant, & agros vastauerant, qui Rex sanctè iurasse fertur, eas decimas Ecclesiæ redditurū se aut re alia maiori, vel æquali compensaturum: quod tamen postea non præstitit, quapropter apud inferos perpetuo supplicio damnatus perhibetur. Scribit enim Paulus Aemilius *Libr. 2. de Rebus gestis Francorum in Childerico 3. ex Eucherio Aurelianensi Episcopo, eius cadauer sepultum in æde S. Dionysij, post aliquot annos inuentum non esse, sed serpentem magnum in eius sepulchro repertum, & credidisse tunc multos, eum corpore & anima esse ad inferos damnatum: quia Eucherius Aurelianensium Episcopus vir magnus, tunc testatus est, se per quietem vidisse eius animam sempiternis supplicij destinatam.* Hoc idem narrat Guaguinus Historicus, & refert Rebuffus *tractatu de Decimis q. 10. nu. 3.* Cauent sibi Principes, ne in similia sacrilegia prolabantur.

Hoc posito, aut decimæ Laicis in feudum vel alio nomine dantur absque vlllo Romani Pontificis assensu, etiamsi in eo Ecclesiarum Antifites consentiant; aut Romani Pontificis auctoritate concedantur. Si primum, eas Laici iustè non retinent, nec possunt ad hæredes transmittere, cum sint Ecclesiarum bona. Si secundum, tunc & tuta cōscientia eas possident, & ad hæredes transfundere, aut alijs relinquere queunt, prout fuerit in Pontificio Priuilegio expressum, & non aliter: eo quòd id fiat Romani Pontificis auctoritate. Verū verò causa hæc talium decimarum, coram Iudice civili agi queat, duæ sunt opiniones: vna est eorum, qui id negant iure posse fieri, ob id quod Pontifex non videtur talium decimarum causas in civiles Magistratus, aut Iudices transfuisse. Non enim si vnum priuilegium beneficio Principis conceditur alicui, eo ipso alterum datum esse creditur; Deinde, quamuis priuilegium Principis plenissimè interpretari debeamus, cum iuri communi non derogat, non tamen si derogat. Accedit, quod Decimæ, quamuis in feudum datæ sint, nihilominus ipsam feudum ex iure Decima-

rum oritur: at ius decimarum Ecclesiasticum est, non civile, & profanum. Ita sentit Federicus in *Consil. 254. Rebuf. de Decimis quest. 10. num. 35.* Altera est opinio affirmantium id iuste posse fieri, eo nimis argumento, quia si decimæ Laico in feudum datæ Romani Pontificis priuilegio, causa coram Ecclesiastico iudice agi deberet, multum iuri laicorum detraheretur: sic enim iudices Ecclesiastici facillè laicos eluderent, & qua possent ratione id priuilegium labefactarent atque conuellerent, cum illud vel ex toto, vel ex parte abrogare niterentur. Ita opinantur Ioann. Ruppel. in *libr. 1. Forensium institution. cap. 25.* Gulielmus Benedictus ad *cap. Raynuius de Testamen. in verb. Si absque, nume. 45.* Chaffanzus in *Consuetud. Burgon. §. 6. numer. 350.* Couarru. in *Practico questio. cap. 35. numero secundo.* Ego autem primam sententiam veram esse, & tenendam existimo; & secundam opinor nec cum iure congruere, nec sola consuetudine defendi posse, absque priuilegio expresso Romani Pontificis: nec sufficit in hoc, si Romani Pontifex tolerat id, quod sic in Curijs, vel prætorijs Ciuilium Principum secundum postremam sententiam, quia aut non tolerat, quippe qui sepius reclamat: aut si tacet ac tolerat, id solum facit, quoniam id cōmodè impedire nequeat; aut ignoret illud, quod laicorum auctoritate vel consensu fit.

Ceterū si decima sit auctoritate Romani Pontificis in ciuiles Principes translata, contractu permutationis, videlicet, quia ipsi Principes eam re alia, vel maioris æstimationis & pretij & utilitatis, vel æqualis compensant; tunc causa de decima, quæ Principi debetur, coram ciuili magistratu cognosci, & tractari iure potest, quoniam amplius spiritalis non est, eo quod decima ratione permutationis legitime facta; Principi debetur, & Ecclesia suum ius integrum retinet in re, cum qua decimam permutauit, & in qua fuit decima subrogata: quod enim sufficitur & substituitur in locum alterius, sortitur cōditionem, & ius eius, in quod subrogatur.

Quartò quaeritur, An cum contra præscriptionem, vel consuetudinem, cuius initij memoria non extat, decimas Clerici petunt à laicis, fas sit laicis coram ciuili iudice eam causam agere, ita vt auctoritate Ciuili magistratus tueri se possint aduersus Clericos decimam exigentes? communis est inter Canonici iuris interpretes id non licere laicis facere, primum quia causa spiritalis, consuetudine vel præscriptione, à Iudice Ecclesiastico auocari non potest: quoniam præscriptione ius spirituale laicus nequit acquirere, *capit. causam, que. de prescript. c. cap. Prohibemus de decimis, nec consuetudo quamuis longissima, vbi quis iuris capax non est, facit eum capacem.* Ioann. Andre. Abb. Glossa & alij in *cap. causam, que. de prescript.* Secundò quia quando quis capax iuris non est, iuxta communem sententiam consuetudo plus auctoritatis, & iuris non dat quam Romani Pontificis priuilegium: sed priuilegium tale non extat, quod det eiusmodi ius & auctoritatem, ergo neque consuetudo dare potest. Quiddam verò, in quibus est Couarruias loco citato, & & Carolus Degraffalinus. *libro secundo, Regalium Franciæ in Iure septimo,* sentiunt id iuris conuenire laicis.

laicis. Nam in Francia edicto Philippi Pulchri Regis, & in Hispania Caroli Quinti Constitutione, talis decimarum causa coram Ciuilibus iudicibus agitur: & Episcoporum iussa & mandata, si ad eos causa deferretur, inhihentur: Et cum id sit vsus & consuetudine receptum, merito, inquit, improbari damnarique nequit. Ego primam sententiam veram existimo, quia causa de decimis est spiritualis, de causis vero Spiritualibus laici iudicare non possunt, vt Canones omnino prohibent. Nec vsus, si alicubi est, contrarius, probari vlla ratione potest, cum sit corruptela.

Quintò quaeritur, An decimarum causa tuto coram Ciuili iudice agatur, quando quaestio est facti, non iuris? Sciendum est, quaestionem esse facti, cum quaeritur, soluerit ne Titius debitam decimam, an non? Debeatne Caius decimam soluere, an alius? hoc est, sit ne decima soluta, an non? Sic ne soluenda potius à Titio, quam à Caio? Cum item Caius furto decimam tenetur, & agitur, vt eam restituat. At verò Quaestio iuris est, cum agitur, cuius sit decimarum ius: item, cum agitur de privilegio, exemptione, immunitate, & excusatione decimae. Cum igitur quaestio est iuris, causa decimarum coram Ecclesiastico iudice solummodo agi debet, quoniam est spiritualis: Cum verò quaestio est facti, est quorundam opinio, posse tractari causam coram Iudice ciuili. Sic Couarruias loco citato, sic Rebuffus de Decimis q. 10. nu. 39. quae sententia videtur esse, vt quidam aiunt, multorum consensu recepta, ita. Federic. Confil. 245. Gomef. in Reperitio. ad caput. si annuum. non. 16. ff. de iud. Ripa ad cap. Determinatus quaest. vltim. de Iudic. Petrus Belluga in Speculo Principum. Rubric. de Decimis §. Reslat. nam. 4. Ego primam sententiam tenendam arbitror, quia causa decimarum siue sit facti, siue iuris, est spiritualis vel saltem spirituali connexa, & ex spirituali proueniens. **QVAERES**, an quando quaestio est facti, causa decimarum liberè etiam possit agi coram Iudice laico, & Ecclesiastico: hoc est, an sit mixti fori, ciuili, & Ecclesiastici. Federic. in Confil. 245. scribit, quosdam sensisse, eiusmodi causam ad Iudicem ciuilem tantummodo pertinere. Sed hoc Couarruias in Practicis quaestio. cap. 37. num. 2. merito confutat. Nam vbiq; videmus Episcopos Ecclesiasticis censuris & poenis adigere laicos ad decimam, quae vel soluta non est, vel furto ablata restituendam: quare si lis, & causa apud Iudicem Ecclesiasticum coepta est, non est ad ciuilem deferenda. Potest igitur agi coram vtroque Iudice, Ciuili & Ecclesiastico: ita vt iure possit vnus alterum praeruenire. Sic Couarr. Meo iudicio, eiusmodi causa solum ad Iudicem Ecclesiasticum pertinet: nam est spiritualis, vel ex spirituali descendens, videlicet ex iure decimarum.

Sextò quaeritur, An decimae conductor laicus conueniri debeat coram Iudice Ecclesiastico? Quidam negant, quia causa non agitur de decima soluenda, sed de pretio conductae decimae reddendo. At verò Couarruias loco citato, suam sententiam sequutus distinguit: aut Clericus cum decimae fructus locauit laico, cum eo conuenit, vt si pretium non solueret, cum ad Iudicem Ecclesiasticum deferret: aut contra cum eo pactum iniit, vt eum conuenire non posset, nisi coram Iudice ciuili. Si primum, standum est con-

uentioni, & laicus conueniri debet coram Iudice Ecclesiastico, & non ciuili. Si secundum, feruari quoque pacta & conuenta debent, & causa ad ciuilem iudicem referenda est: tum quia causa simpliciter non est de decima, sed de pretio locata & conductae decimae persoluedo: tum etiam quia haec quaestio, inquit Couarruias, potius est facti: quam iuris: non enim causa agitur, vt debitor decimam soluat; nam eam omnes debitores soluerunt; sed vt conductor decimae, qui iam percepit eius fructus, pretium conductae decimae soluat. Sic ille: Ego, vt dixi, causam decimarum in vniuersum putò esse tractandam coram Ecclesiastico iudice, non laico. Eodem modo respondeo ad quaestionem, quam idem Couarruias proponit: videlicet, quid dicendum est, si decimae conductor nihil cum Clerico conuenit, nec se expressè submitit iudicio Ecclesiastico? Respondet ille suo more, tunc posse causam tractari apud Iudicem Ecclesiasticum, & Ciuilem, ita vt vnus alterum possit iure praercurrere: quare si lis coepta est coram Iudice Ecclesiastico, nequit Ciuili iudex eam ad se auocare. Dicendum est, eam esse coram Iudice Ecclesiastico, non laico, tractandam. Quia ex iure decimarum ortum habet: quod ius Ecclesiasticum & sacrum est, non ciuile, & profanum.

Septimò quaeritur, An cum laici contendunt, decimas ab ipsis exigi, quas longissimi temporis praescriptione, cuius initij memoria non est, soluere non consueuerunt, & quando conqueruntur decimas peti contra consuetudinem longo tempore receptam, & contra Principum laicorum leges prohibentes, ne petantur, aut ne laici soluere cogantur, causa cognosci & tractari iure possit apud ciuiles magistratus? Carolus De grassal. libro secundo. Regal. Francia in iure 7. & Couarruu. libro primo. Variarum resolut. cap. 17. numer. 8. versicul. 9. in Pract. quaest. cap. 35. numero quarto, docent, posse tractari, & defendunt morem, quo huiusmodi causa in Hispania, & Gallia coram regijs magistratibus dilucitur, & passim, inquit, dantur litterae à supremo Regio senatu, quibus liberantur laici contra Ecclesiasticos iudices à decimis, quae exiguntur, vel contra consuetudinem, vel praescriptionem. At verò Rebuf. tract. de Decimis quaest. 10. num. 14. censet, hoc iure non fieri, quia causa decimarum spiritualis est, nec in spiritualibus, praescriptio, aut consuetudo, ius Laicis dat, cum ipsi eius iuris capaces non sint. Ego huiusmodi consuetudinem supra dictam, corruptelam esse puto, & proinde locum non habere, quia cum Canonico iure pugnat; quare nisi vel Privilegio Romani Pontificis, vel expressio eius consensu approbatur, non valet: nec sufficit, si dicas, eam permitti: nam permittitur certè, quia commodè impediri non potest: aut permittitur in scio Pontifice, aut in iure, & reclamante.

Octauò quaeritur, An causa de fructibus decimarum agi queat coram Iudice ciuili? Respondeo ex communi omnium sententia. Quando fructus sunt percepti, collecti, ac soluti, coram Iudice ciuili peti queunt, si fuerint furto à Laico sublatis, aut alia ratione subtrahati. Nam fructus decimae, vt superius dixi, non est quid spirituale, sed temporale.

Ex his

Ex his colligit Couarruias quando nam Decimarum causa ad Magistratum & Iudicem civilem deferri possit. Nam primum, inquit, tunc ea causa deferretur, quando decima est in feudum Laico legitima auctoritate tradita, & privilegium a Romano Pontifice concessum est, ut feudi nomine & iure habeatur. Deinde quando Laici coguntur a Clericis solvere decimam contra prescriptionem, vel consuetudinem, cuius initium non extat, & privilegio Romani Pontificis Iudex civilis id potestatis habet, ut hanc causam cognoscat & iudicet. Tertio, quando quæstio est facti, non iuris. Quarto quando Laicus conductor decimæ inquit cum Clerico pactum, ut coram civili Iudice conveniri possit. Quinto, quando causa agitur contra Laicos fures de fructibus decimæ solvendis, reddendis, non de ipso decimæ iure servando, & tuendo. Meo iudicio in his omnibus casibus, causa Decimarum coram Iudice Ecclesiastico, non Laico tractanda est: quia est causa de Decimis, aut ortum habens ex iure Decimarum. **QVAERES**, quomodo sit decima soluenda iure communi? **Respondeo**, prædialem reddendam esse non deductis impensis etiam factis in fructibus colligendis, *cap. Cum sicut homines, & cap. Pastoralis de Decimis.* Item, non deductis impensis factis in domibus, aut molendinis reficiendis. Abbas in *cap. Pastoralis.* Decima personalis soluitur ex lucro, & lucrum non est nisi impensis deductis.

Nono quæritur, Quibus solvi iure decima debet? **Respondeo** Clericis, siue Ecclesijs, ex Paschali Pontifice. *cap. Decima 16. quest. 1.* ubi ait: *Decimas à Populo Sacerdotibus ac Levitis esse reddendas, divina legis sanxit auctoritas.* Verum dubia quæstio est, quibus Clericis decima sit iure soluenda? **Respondeo**, generatim Parochis decimam iure deberi: deinde prædialem Parocho, in cuius Parochia prædium est situm, etiam si dominus prædij in alia Parochia audiat diuina, & sacramenta percipiat. *ca. vlt. de Parochijs, cap. Cum sint de Decimis.* Personalis verò decima debetur Parocho, in cuius Parochia debitor decimæ audit diuina, & percipit sacramenta. **QVAERES** an Episcopo iure decima debeat? **Respondeo**, deberi: primum quando prædium situm est in Parochia Ecclesiæ Cathedralis, & ad eum proximè pertinet ipse Parochia cura: ut colligitur *ex cap. Tua de Decimis.* At si alius Presbyter illius Parochiæ curæ præficatur, ipsi decima debetur. Deinde, quando prædium in nulla est Parochia situm, *cap. Quoniam de Decimis, & cap. Decimas 16. quest. 7.* Tertio, quando non sunt distinctæ Parochiæ, quia tota Diocesis est Parochia Episcopo subiecta. *c. Omnes Bulliæ 16. quest. 6.* Postremo quando decimæ sunt Ecclesiæ Cathedrali datæ. **ROGABIS** deinde, An decima debeat Parochis, tametsi opibus & rebus temporarijs abundant? **Respondeo** deberi: non enim soluitur decima ratione personæ, sed causa diuini ministerij, quod Parochus præstat. Nec quis ob diuitias suo potest iure spoliari: neque Regi, aut Principi opulento tributa detrahuntur, nec creditori copioso debita pecunia denegatur. Non itè refert si Parochi & Clerici sint improbi, aut si decimarum fructus in malos usus impendant; quoniam decima debetur præcisè ratione muneris & officij Ecclesiastici, quo fungitur Clericus, vel Parochus.

Decimo quæritur, An lex Ecclesiastica iubens decimam solvi, cum iuris æquitate conveniat? Quæstionem hanc mouet Caietanus *2. 2. qua. 147. articulo primo.* Et ratio dubitandi est, eo quod duplici ratione æquitas in hac lege deesse videtur. Tum, quia constituta est instar veteris legis, quæ decimam solvi iubebat: tum quia decima personalis nunc lege debetur, quæ lege veteri non soluebatur. At lex vetus æquitate constabat, quoniam decimam præstari Levitis præcipiebat. Tribus autè Leviticæ erat totius populi Israëlitiici decima pars, ac proinde parum reliquum populis excedebat: nunc decima, lege soluitur Parochis, qui vix (inquit Caietanus) quinquagesimam partem Christiani populi constituunt: quare cum tam exigua sit Parochorum pars, non videtur cum iuris æquitate congruere, ut decimam partem accipiant Parochi, ex quadraginta nouem populi Christiani partibus, ut Parochus quinquaginta fructuum portiones habeat, cum tamen ex reliquo populo singuli nouem tantum portiones sibi retineant: ergo plus æquo Parochis deferretur: præsertim quod Levitæ & Sacerdotes Iudæorum, vxores, & familias alebant, quibus subsidia vine necessaria suppeditare eos oportebat: at Clerici nouæ & Euangelicæ legis, vxoribus & familia carent, ergo plus illi, quàm hi accipere iure poterant, & debebant.

Ex his colligit Caietanus, decimam Ecclesiastica lege deberi, propterea quod eam solvi Ecclesiæ præceperit, non solum ut Clerici sustentarentur, sed etiam ut pauperes alerentur. Ita ut decimæ institutæ fuerint in Pauperum subsidium: non Parochi non solum diuinis ministerijs mancipantur, tanquam ministri à Deo electi, sed etiam ad pauperum indigentiam subleuandam tanquam egenorum patres. Atque hinc est, quod iure Canonico præcipitur, ut decimæ in quatuor partes distribuantur: ita ut quarta pars in usus pauperum impendatur, & Episcopi, ac Parochi partes pauperum, & quasi tutores ac curatores appellentur. Tandem concludit Caietanus his verbis: si decimæ in subsidium tantum ministrorum danda essent, ut in veteri lege mandatum erat, nec scirent eorum oppositas obiectiones soluere, libenter solutiones aliorum audirent, qui sciret tam excellentem distributionem ad æqualitatem deducere. *Sorus Lib. 9. de Iust. q. 4. art. 1.* in Caietani inuestituræ, eo quod tam leui argumento ductus, ad singularem (sic enim putat Sorus) sententiam deuenit; quod decima non solum in Clericorum subsidium, sed etiam in pauperum usus instituta. Ex quo fieret, ut pauperibus sua quoque portio decimarum iniustitia legibus deberetur; quod Sorus putauit incommodum, quia decimæ debentur Ecclesiæ ministris ob diuinum ministerium, & officium quod obeunt, & exequuntur. Hanc quæstionem Caietanus & Sorus, quos supra retuli Auctores, alio trahunt, videlicet, An Episcopi, Parochi, & Clerici, iustitiæ legibus in pauperum usus cogantur impedere quicquid ex beneficijs Ecclesiasticis superest præter id, quod necessarium est ad commodum suum victum. Caietanus enim in ea est opinione, ut censet eos esse iustitiæ legibus adstrictos: Sorus contra, misericordiæ & charitatis tantummodo legibus alligatos.

De hac

De hac controuersia suo loco fufius differe-
mus: Quod praesentis est instituti, illud breuiter
dixisse iusticiae legem Ecclesiasticam de decimis
soluendis, omni aequitate constare. Nam decima,
onus quidem est impositum populo Christiano;
sed uepar est, nulla ratione leges aequitatis tran-
greditur, dum nouem partibus retentis ex fructibus
quos quisque colligit, decimam partem
soluere lege compellitur, multo plus sumit sibi,
quam soluat: sed quia ex multis rebus paruis in
vnum collectis, magnum aliquid efficitur; ideo
decimarum cumulus magis quidem in seipso
est, verum si comparatur cum eo, quod quisque
soluit, & quod sibi relinquit, longe plus sibi sin-
guli retinent, quam soluant. Sic etiam in vetere
Hebrorum populo sibi quisque, ex suis fructibus,
nouem partibus perceptis, decimam soluebat: &
Leuitica tribus sola in vniuersum cum vndecim
tribus collata, in duabus decimarum partibus ex-
cedere videbatur, quia reliquae vndecim tribus
nouem partibus donabantur, & ipsa Leuitica tri-
bus nouem partes habebat; at verò singuli Iu-
dorum sibi nouem partes retinebant, & solue-
bant vnam. Nulli igitur sit iniuria, nulli graue on-
us imponitur, si ex decem, sibi nouem assumptis
partibus, vnam dare lege cogatur. Quocirca nec
Caietano assentior, totam ferè huius legis Eccle-
siasticae aequitatem in eo ponenti, quod decimae
sunt quoque in pauperum vitis instituta: fateor
enim decimam Ecclesiae lege deberi, ac solui tan-
quam debitam mercedem laboris, quo Clerici
diuini rebus inseruiunt, quamuis postea Ecclesia
suis decretis sancierit, vt quarta decimarum
pars in pauperum necessitates impederetur. Nec
Soto item assentior, neganti Parochorum & Cle-
ricorum numerum cum reliquo populo compo-
situm, minimum esse: quid enim refert, si mini-
mus esse concedatur? siue enim paruis sit, siue
magnus, aequissima est Ecclesiastica lex decima-
rum, qua quisque vnum quid soluit ex decem, sibi
nouem partibus asseruat.

Obijcies, maximam esse decimarum portio-
nem; cum tamen pauci sint Parochi, quibus deci-
mae soluantur; at paucis pauca sufficiunt vitæ
subsidia, & paucis operarijs pauca stipendia de-
beantur. Hoc argumentum quibusdam facessit ne-
gocium. Sed fateor Parochos esse paucos, quibus
decima ex lege debetur ac soluitur, at multi sunt
Parochorum adiutores socij, & administri, qui-
bus sua merces iure debetur. Item multa sunt
templa & sacella, quae subinde reficiuntur, &
muniuntur. Deinde Ecclesia decimam quidem
instituit: sed postea temporis decursu ex fructi-
bus decimarum, quos vidit, & animaduertit esse
longe vberissimos, lege sanxit, vt quarta pars re-
seruaretur in pauperum vitas. Denique, quid di-
cendum, si ex decimis multae hospitales domus
extractae sunt, multa Religiosorum domicilia
constituta, multorum indigentium inopia suble-
uata, Seminaria, & Collegia iuuenum instituta?

Vndecimò quaeritur, An decimam laicus pos-
sidere queat? Respondeo: In cap. Adhaec de Deci-
mis, praecipit Pontifex, vt Laicus qui iure hære-
ditario possidere decimam contendebat, anathe-
mate feriretur, nisi decimam ipsam liberè Eccle-
siae restitueret. Et in cap. Quamuis, de Decimis, prohi-

betur ne quis laico in seculo manenti Ecclesiam,
decimam, oblationemue concedat. Demum in ca.
Causam, de Prescriptioni. Alexander Tertius, scribit
Episcopo, laicos decimas nec detinere, nec vlla
vsucapione praescriptione possidere posse.

Quae Decreta vt intelligamus, scire oportet,
appellatione decimae aliquando intelligi ius exi-
gendi, & percipiendi decimam, aliquando verò
fructum, qui ex praedio, vel persona percipitur;
Deinde ius percipiendi decimam potest alicui
tripliciter conuenire: Aut enim quis decimam
exigit & percipit nomine Clerici, à quo con-
ductam illam habet; & hac ratione laici decima-
rum conductores exigunt atque percipiunt, vt
etiam feudatarius quilibet: Aut quis decimam
exigit, quia ipsi Pontificia auctoritate est data,
quod ille sit de Ecclesia bene meritus, videlicet
quia Ecclesias Catholicorum ab Haereticis de-
fenderit; aut Christianorum prouincias à Sara-
cenorum manibus & potestate eripuerit; aut bel-
lum suis sumptibus contra Paganos susceperit,
& feliciter gesserit: & hoc modo Romani Pon-
tificis beneficio, multae decimae Imperatoribus,
Regibus, Principibus, alijsque viris primarijs da-
tae sunt. Aut decimam quis exigit ob Ecclesiasti-
cum munus, & officium, quo fungitur in Paro-
chia, cui praest: & totum huiusmodi ius est spi-
rituale & sacrum. Intelligunt ergo Canonessue
decreta praedicta, quae omnino negant decima-
mam ad laicos pertinere, de ipso decimae iure siue
de ipsis Decimis: quia nec vlla praescriptione,
nec consuetudine possunt decimas exigere, per-
cipere, & retinere: nam in laicos ius spirituale
non cadit: & is qui possessionis capax non est, re
vlu capere, aut praescribere nequit. At verò ius
exigendi decimam nomine Ecclesiarum siue Cle-
ricorum, quale conductor habet, aut quale privile-
gio, & auctoritate Romani Pontificis sapinus penes
Reges, & Principes est, eo quod in feudum decimas
acceperint, in laicos cadit; quoniam eis non
conuenit nomine ipsorum, sed Ecclesiarum: nec con-
uenit ratione ministerij sacri, vt clericis; sed rati-
one alicuius temporalis: nimirum causa alicuius
obsequij, & beneficij in Ecclesiam collati: aut
ratione pretij, quo locati sunt & conducti fru-
ctus decimarum: sicut ius item quo percipit quis-
piam certi Beneficij fructus annuos ob laborem
& operam, quam impendit in Ecclesia Cathedralis
Clericis cantu, aut latinis litteris institu-
endis, non est Beneficium, nec ius spirituale: eo
quod eius Beneficij fructus, nequaquam accipit
ministerij Ecclesiastici causa. Quapropter sicut
ius patronatus habere laicus quidem potest, sed
non nisi Ecclesia concessu; ita ius decimae aliquo
modo penes Laicum esse potest, at non sine Eccle-
siae auctoritate atque consensu.

Duodecimò quaeritur, An Decima Episcopi
consensu & auctoritate in feudum turò dari lai-
co queat, ita vt ipsi laico solui debeat? Respon-
deo ex cap. Prohibemus de Decimis, & cap. Cum Apostoli-
ca. De ijs quae sunt à Prelatis, post Concilium Latera-
nense auctoritate Alexandri III. celebratum an-
no sal. 1179. id omnino esse prohibitum, decimas
nempe in feudum perpetuum laico dare, quare
sola Romani Pontificis auctoritate id fieri turò
potest. Ita Ioann. Andreas, Antonius, Cardinalis

in ca. Cum Apostolica de Decimis, Couarruias lib. 1. Variarum resolutionum. cap. 17. num. 5. Cum enim sit communi iure interdictum, sola Episcopi auctoritate fieri nequit. Olim tamen ante huiusmodi Lateranense Concilium, sola Episcopi auctoritate decimæ laicis benè de Ecclesia meritis in feudum, siue emphyteusim perpetuam dari solebant: quare si quis laicus decimas in feudum perpetuum acceptas ante dictum Concilium obtineat, tutò possidet.

Decimo tertio queritur, An decimas, in feudum perpetuum ante Lateranense Concilium acceptas, tuta conscientia Laicus Episcopi concessu in alium transferat? Respondeo: Aut eas transfert in aliquam Ecclesiam, Monasterium Religiosum, uel locum, idque tutò facit, ut constat, ex cap. Cum Apostolica. De ijs que sunt à Prelatis: Aut transfert in alium laicum, & sunt duæ opiniones, vna eorum, qui absolute & simpliciter fieri posse negant solo Episcopi consensu & auctoritate, que fuit sententia Abbatis in cap. Prohibemus de Decimis. Vbi ait, sit in eo capite Doctores sentire. sic enim censet Hostiensis in cap. Cum Apostolica De ijs que sunt à Prelatis, Archidiaconus, Ioann. Monachus in cap. 2. de Decimis in sexto eo in primis argumento, quod in ca. Prohibemus de Decimis, vniuersum decernitur, ne laici decimas in alios laicos possint aliquo modo trās ferre. Deinde si Laicus decimas sibi in feudum perpetuum datas habens, sine legitima prole & hærede decedat, decimæ ipso iure ad Ecclesiam reuertuntur, ergo in alium iure transferri nequeunt. Altera est sententia, id tutò fieri posse Episcopi auctoritate, quam sententiam Glossa, Cardinalis in cap. Prohibemus, Ioann. Andreas in cap. 1. de Prescript. in sexto, & in cap. Super quibusdam de verbo. significa. Syluest. Decima. questio. 10. probauere, eam confirmantes primum ex cap. Prohibemus nuper allato, vbi generaliter non prohibetur, ne laici decimas in alios laicos transferant, sed ne laici decimas cum animarum suarum periculo detinentes, in alios laicos transmittant: quod Decretum habet locum in laicis, decimas facto, non iure possidentibus: qui si, dum viuunt, decimas Ecclesie non restituant, saltem cum decedunt, iussu Pontificis debent Ecclesie decimas reddere, ut saltem eos sui peccati mortis tempore poeniteat. At verò laicus qui ante Concilium Lateranense decimas in feudum accepit, iure illas, non solum facto possidet Certè prima sententia videtur verior. Etenim quamuis laicus iure feudi decimas possideat, nequit in alium laicum transmittere, etiam Episcopi auctoritate: nam transferri non possunt, nisi in feudum denuo dentur: at eas in feudum dare, Concilium Lateranense prohibuit, nisi dixeris, nõ vetuisse, ne solite dari dentur more solito: sed ne dentur, quæ alioqui dari minimè solebant. Sed Concilium generatim præcipit, ne dentur.

Decimo quarto queritur, An Episcopi auctoritate possint decimæ, laico ad breue tempus concedi, locari, vel vendi iusta aliqua de causa? Respondeo ex communi omnium sententia, posse, Nam in Clem. 1. de Rebus Eccles. non alienan. dicitur, posse res Ecclesie ad modicum tempus alienari. Sciendum autem est, iure communi modicum tempus haberi, quod est intra decennium: vnde de-

cimæ iure communi tutò possent laico concedi intra decennium. Sed vbi est vsu recepta Constitutio Pauli II. que incipit Ambitiosa de Rebus Eccles. non alien. decimæ laico auctoritate Episcopi ultra triennium locari non possunt. Sed questio est An iure communi Episcopus laico decimas dare possit iusta ex causa, vel eas locare, vel vendere ad vitam ipsius laici? Id concedit Glossa in cap. Quamuis de Decimis, ea ratione confirmans, quod vita hominis cum sit dubia & incerta, potest esse breuissima: proinde tanquam modicum tempus habetur. Cum item decima ad vitam laici conferatur, non videtur in perpetuum dari, quippe que ad hæredes transmitti nõ possit. Sed verius est, quod tradit Abbas, in eo cap. Quamuis, id Episcopo non licere facere: quod enim ad vitam vnus datur, nõ dicitur ad modicum tempus dari, cum vita hominis ad multos annos produci queat.

Caput XXVI.

An decima denegari aut tolli ex toto vel ex parte possit.

PRIMO queritur, Quot modis Decima tolli queat, ita ut Clericis, siue Ecclesijs solui non debeat. Respondeo, multis modis, nimirum consuetudine, prescriptione, compensatione, transactione, exemptione, siue priuilegio Romani Pontificis. Rebuff. tract. de Decimis questio. 13. num. 13. & sequentibus.

Secundò queritur, An consuetudine Decima tolli possit ex toto vel ex parte? Respondeo, inter Iuris Canonici Doctores, cū sentiant decimam diuino iure deberi, varias esse sententias. Quidam enim asserunt, decimam prædialem nulla consuetudine tolli posse ex toto, vel ex parte, cum diuini iuris sit: personalem verò posse consuetudine ex parte, vel ex toto denegari, quoniam Canonico tantum iure perfoluitur. Hanc sententiam tenent Hostiensis, Archidiaconus, Cardinalis, Paulus Parisius, Felinus, & alij plerique, quos refert Couarruias lib. 1. Variarum resolutionum. cap. 17. numer. 8. & eam testatur Rochus Curtius, quem citat ibidem Couarruias, esse communem inter Canonici iuris interpretes. Alij verò vniuersim docent, nullam decimam prædialem, vel personalem tolli consuetudine posse siue ex toto, siue ex parte. propterea quod sit vtraque iuris diuini, non Canonici. Sic Innocentius, Glossa, & alij iuniores in ca. In quibusdam, de Decimis. Sunt qui dicant, Decimam siue prædialem, siue personalem ex toto auferri, vel denegari non posse, benè tamè ex parte: quod idem est, ac si dicant, fieri consuetudine posse, ut pars minor soluat, nempe duodecima, vigesima, vel trigesima: quod non obscure Sancti Thomas significat, secunda secunda questione 87. articulo primo, & Quodlib. secundo articulo octauo, Turrecrem. in cap. Reuertimini 16. questione prima, in septimo questione, & idem multi alij Theologi tradidit. Omnes iuris Pontificij Doctores hac questione sunt admodum implicati, cum sentiant illi, decimam iuris esse diuini: at contra ius diuinum Consuetudo non valet: Et tamen ex altera parte vident in multis prouincijs Christianorum decimas Clericis vel Ecclesijs non solui: nec enim

in Italia, nec in Græcia soluuntur, nec olim soluuntur. Vnde Antonius Butrius in cap. Parochia. nos de Decimis scribit; Nescio quid dicam, nisi quod omnes damnantur non soluendo.

Atamen tanquam firmum fundamentum factum est quod supra posuimus, Decimam quidem, ut est pars fructuum necessaria ad victum Clericorum, diuina & spiritualia bona ministrantium, item ut est merces laboris ipsorum, insuper, ut est aliquid quod Deo offerimus, ut ipsam agnoscamus tanquam summum rerum omnium dominum, iuris naturalis & diuini esse; ut verò est certa & definita pars fructuum, videlicet decima, & non maior, aut minor, non esse iuris diuini, vel naturalis, sed Canonici. Ac propterea quemadmodum contra quodlibet ius aliud Canonicum, vel civile consuetudo magnam vim ac robur habet: sic etiam contra ius Decimarum, quod rectè Couarruias & Turcremata *locus supra citatus* Theologorum sententiam fecuti, annotarunt. Et in primis dubitandum non est, quin decima consuetudine in totum tolli queat, si re alia maiori, vel aequali compensetur: nam cetera debita etiam iusta, alterius rei compensatione soluuntur. Deinde certum est, ius ipsum Decimarum, quatenus est naturale, vel diuinum, consuetudine nec ex toto, nec ex parte tolli posse, quatenus vero est canonicum posse. Ut merito Sancti Thomas *secunda secunda, question. 87. articulo. 1.* dixerit, potuisse Ecclesiam decernere, ut pars minor, loco decimæ solueretur. Certum quoque est, potuisse Ecclesiam suo iuri cedere, nimirum decimas non petendo, uti eas laicis remitteret quamuis non potuerit ius diuinum relaxare, quo Deo aliquid offerimus, ut agnoscamus supremum eius dominium in res omnes, quod ius diuinum seruamus, si aliquid etiam si decima sit minus, offerimus. Nam decima est instituta ad clericorum victum, & ceteros vitæ vsus necessarios: potuerunt igitur Ecclesie & Clerici sibi aliunde alimenta, & ceteros vsus vitæ necessarios conquirere, & laicis decimam condonare. Hinc peripicuum est, quam vim consuetudo in decimis habeat. Quemadmodum enim Pontifex potest decimam remittere, si aliunde Clericis suppetant bona, ex quibus commodè sustententur, sic & Consuetudo.

Ex his multa colliguntur. In primis, vbi consuetudo recepta est, & prescripta legitime, ut decima non soluatur, solui non debere; tamen si à Clericis petatur: standum enim est consuetudini receptæ, quæ legis vim habet. Hinc etiam exiit, ut si ex quibusdam fructibus, & bonis non soleat decima solui, ea minimè debeatur: in multis enim locis solui non solet ex minutis rebus, ut ex feno, herbis, oleribus, & alijs fructibus plerisque. Valet etiam consuetudo, vbi non integrè decima soluitur, sed minor, nempe vigesima, trigesima, & quinquagesima. Consuetudo itidè ea valet qua nulla decima soluitur, sed aliquid aliud, quod est in locum ipsius subrogatum. **QVÆRES** vnde factum sit, ut in quibusdam prouincijs nulla decima soluatur? **R**espondeo, ex diuersis causis id potuisse fieri. Aut enim olim Pontifices Romani sponte sua, & voluntate remiserunt decimas: quia laici certa quædam bona assignarunt ad Ec-

clesiarum & Clericorum vsus & alimenta; quod ego quidem factum existimo in Italia: Aut Romanus Pontifex decimas Regibus, Principibus, & alijs primarijs viris optimè de Ecclesia meritis attribuit, ea lege, ut dotarent Ecclesias, & necessaria vitæ subsidia Clericis præberent: ac ita concessæ sunt Hispaniarum Regi decimæ, quæ in certis suæ ditionis prouincijs colliguntur. Tales etiam decimæ sunt quibusdam Religiosorum Ordinibus attributæ. Ex quibus tamen decimis tractatæ sunt certæ portiones, & Ecclesiastica quædam Beneficia constituta, vnde sustententur Clerici, qui ex ipsis Ordinibus ad Ecclesiarum præfecturam & gubernationem deliguntur, aut certè Ecclesiarum Antistites expresso vel tacito Romanorum Pontificum, vel totius Ecclesie consensu, suo iure omnino cesserunt, laicos à decimis soluendis liberantes, & ita factum esse reor in Orientis Ecclesijs, in quibus decima non soluatur: fortassis enim eius regionis Episcopi Paulum sunt imitati, qui noluit Corinthios adigere ad decimam soluendam, vel quippiam aliud vitæ vsibus necessarium suppeditandum, ne quemquæ eorum grauaret, sed suarum, ut ipse testatur, manuum labore, victum sibi quaritabat. Nisi fortè dixeris, decimas Ecclesiarum Orientis Saracenos & Turcas, aliosque Tyrannos per vim rapuisse, ac sibi usurpasse. Illud potius verisimilius videtur, eiusmodi Ecclesias à multis annis petere decimas non consueuisse.

Ex his etiam facile colligi potest, non esse continuo damnandum, si quis laicus vsu & consuetudine se exemptum à soluendis decimis cõtendat, cum probat diuturno vsu eas se nunquam soluisse. Deinde multo minus esse dubitandum de quibusdam alijs consuetudinibus. Valet itaque consuetudo, qua Clerici rectores Ecclesiarum ex prædijs etiam patrimonialibus decimam sibi retinent: ea item consuetudo, qua laici sibi decimam personalem non soluunt: nec non ea, ut decima vni Parochiæ iure debita alteri Parochiæ soluatur, *cap. Ad Apostolica, & cap. Cum contingat, & cap. Quoniam, de Decimis*: illa itidem cõsuetudo, ut decimæ ne deferantur in Clericorum horrea; sed ut soluantur in area, agro, vel domo; dummodo Collector decimæ admoneatur. Rata demum, & firma est etiam Consuetudo alicubi, id est, ut dicitur, apud Venetos recepta, uti personalis decima non soluatur, nisi ad finem & exitum vitæ: nam sicut Ecclesia dampnum pati, sic etiam lucrû facere potest: eo quod ad finem vitæ quisque sicut pauperior; sic etiam locupletior esse poterit. Valet etiam Consuetudo pari ratione, ut personalis decima non nisi ad exitum anni soluatur. Ea quoque vim habet, ut Colonus certas mensuras quotannis soluat Ecclesie, siue nihil ex agro, siue multum collegerit: quia Ecclesia & dampnum & lucrum habere potest.

Tertio quaritur, An vim vllam habeant statuta Ciuitatum, Constitutiones & leges Regum & Principum, quibus prohibent decimas à laicis exigi, quæ per consuetudinem solui non solent. Tria hic quaruntur: primum est, An æquum sit & rationi consentaneum, ut nõ exigantur decimæ, quæ per longâ consuetudinem solui non solent. Secundum est, An valeant statuta, leges, edicta lai-

1. Cor. 9.

2. Thessal. vltim. & Act. 20.

corum, quibus vetant, ne hæ decimæ exigantur à laicis. Tertium est, An apud ciuilia laicorum prætoria iure tractari queat causa de decimis nõ exigendis à laicis, quas de more non soluebant. De primo, videtur æquum esse, vt huiusmodi decimæ minimè exigantur: quia Canones, leges, & iura voluerunt, vt consuetudines moribus vtentium receptæ seruentur: atqui ea consuetudo corruptela non est, cum non repugnet iuri naturali, aut diuino: ergo seruari iure potest. De secundo, Couarruu. in Prælii. quæstionibus capit. 35. numer. 2. versicul. 4. libri 1. varia. resol. capit. 37. numer. 8. versicul. 9. Gallos lectus, censet, quæ dixi statuta, leges, & edicta laicorum valere, & cum iure ipso congruere; quia solum præcipiunt, vt consuetudo recepta seruetur. Alij verò, quibus ego magis assentior, vt superius dixi, docent, hæc nullam vim habere, nisi fiant priuilegio Romani Pontificis, vel consensu expresso, aut eius auctoritate confirmetur. Quoniam de decimarum iure, cum sit spirituale, nihil laici statuere possunt. At dices, solum præcipere laicos, vt consuetudo recepta seruetur, & omnia iura constituunt, vt approbatæ consuetudines vim legis habeant. Respondeo, argumento tantum concludi, æquum esse, ne talis consuetudo violetur: sed præcipere, ne contra eam Clerici faciant, laicorum nõ est, sed Ecclesiasticorum iudicium, videlicet, Episcoporum, & Romani Pontificis.

De tertio idem Couarruias loco citato dicit, eiusmodi causam iure discuti apud tribunalia ciuilia laicorum; quia solum causa tractatur, vt consuetudinem receptam Clerici seruent. Sed reuera, vt superius ostendi, iure tractari nequit apud laicos iudices nisi priuilegio, vel cõsensu Romani Pontificis: quia causa est spiritualis, videlicet, de iure Decimarum.

Quartò quæritur, An Decima præscriptione ex toto, vel ex parte tolli queat? Hæc controuersia ex superiori quæstione non difficili sanè negotio dissoluitur: quare sicut ea quæstio iuris Pontificij consultis negocij plurimum facessit, sic etiam hæc. Præscriptio enim & cõsuetudo inter se maximè conueniunt: hoc solo discrepant, quod per Consuetudinem, ius communitati, non priuatis acquiritur; Præscriptione verò ius & dominium priuatis acquiritur. Cum igitur Canonici iuris interpretes communiter asserant, consuetudine decimas, præsertim prædiales tolli non posse, defendunt quoque præscriptione auferri nequire.

Cæterum aliter dicendum est, & in primis scire oportet, non idem esse, laicos præscriptione liberari à decimis soluendis, quod, Præscriptione sibi decimas acquirere: nam certum est, non posse sibi laicos vlla præscriptione decimas vendicare, hoc est, ius nullū acquirere, vt sibi decimæ soluatur: hoc enim ius est spirituale, & Ecclesiasticum, ac proinde in laicos cadere nulla ratione potest, nisi nomine, auctoritate & consensu Romani Pontificis: quod verò laici liberi sint, & immunes à decimis Ecclesie soluendis, sicut consuetudine fieri potest, sicut etiam præscriptione, eo quod potestate, & auctoritate pares sint consuetudo, & Præscriptio. Atque hæc est Theologorum opinio, quam etiam est Couarruias ample-

xus. Et quicquid hac de re Iuris Canonici periti dubitauerint, vniuersi tamen sentiunt, vnam Ecclesiam contra aliam, & vnum Clericum contra alium, posse sibi præscriptione, ius decimarum acquirere: quia, inquit, tamen decima iure diuino Clericis, & Ecclesijs debeatur, iure tamen humano potius vni, quàm alteri debetur, ac soluitur; quia Parochias non ius diuinum, sed humanum distinxit atque diuisit. Dummodo item decima Clericis, & Ecclesijs soluatur, minimum interest, eas vnusue Parochus, an alius acquirat.

Quintò quæritur, An transactione, vel compositione, vt iura loquuntur, tolli decima possit? Sciendum, inter Compositionem, & Transactionem hoc interesse, quod Compositio, est gratis, & liberaliter facta conuentio, & fieri solet inter amicos: Transactio verò, est de re dubia, & lite incerta, aliquo dato, vel retento, pactio. leg. ff. De transactionibus. Vnum tamen sæpius pro altero ponitur. c. Veniens de Transactionibus.

Quæstio in præsentem est, An cõpositione, Transactione uel decima tolli queat? In eo omnes conueniunt, compositionem valere inter Clericos liberaliter factam, vt vni, non alteri decima soluatur. capit. statimus, de Transactione. c. capit. Dilecti de Decimis. Et hæc Compositio si Episcopi auctoritate fiat, ad successores quoque transmittitur: si verò priuata solummodo auctoritate, tunc contrahentes soli, non successores eorum obligantur.

Deinde, compositio, Episcopi auctoritate fieri nequit, qua laicus, decima Ecclesijs, vel Clericis non soluat: bene tamen auctoritate Romani Pontificis iusta, & legitima de causa. Hoc quidam iuris Canonici doctores dissentunt: sed immeritò, cum decima iuris diuini non sit, vt ipsi putarunt, & nos supra eorum opinionem consultant, ostensum reliquimus, Valet itidem Compositio, vt laicus non soluatur integram decimam, sed minorem vt potè vigesimam, trigessimam &c. At non sufficit in hoc sola Episcopi auctoritas, nisi Romani Pontificis consensus accedat. Nam cum decima ex toto, vel ex parte remittitur, ius commune relaxatur, quod præcipit integram decimam solum, vt superius ostendi. Valet item Compositio, vt laicus non soluatur decimam ex certis quibusdam fructibus, aut bonis, modo fiat auctoritate Romani Pontificis: siquidem hæc etiam in parte ius commune remittitur. Rata nihilominus, & firma est Compositio, qua in auctoritate Episcopi, vt decima soluatur quidem Clericis, vel Ecclesie integra; sed certo loco, & tempore: nimirum in area, vel agro, vel domo: item vt post certos dies à collectis fructibus: tum etiam, ne soluatur decima, antequam petatur à Clericis. Insuper, vt non soluatur decima nisi ad finem vite.

Sextò quæritur, An Priuilegio Pontificis decima tolli possit? Animaduertendum, hic tria in dubium vocari: primum, An auctoritate Romani Pontificis decima in totum tolli queat? Deinde, An priuilegio Pontificis fieri possit, vt decima Monasterio, vel pio alicui Collegio, aut seminario Clericorum soluatur: Postremò, An priuilegio

privilegio Pontificio possit aliquis fieri immunis, & liber à decima soluenda. Notandum itidem est, Religiosorum Ordinibus inter cetera privilegia, hoc etiam concessisse Pontifices, ut sint à decima per soluenda exempti. Vnde in Privilegijs quibusdam sic habetur: De Domibus, Monasterijs, & Collegijs, & eorum prædijs, hortis & alijs locis quæ habere possumus: aut de ijs, quæ pro eisdem emendis, nobis pro tempore legari aut donari contigerit, & denique de alijs bonis, per ordinem siue Religionem nostram possessis, & obtentis, non tenemur soluere aliquam decimam, etiam Papalem, seu Canonicam portionem exhibere; nec ad præstationem procuratorum, aut exactorum, collectarum, vel provisionum quarumcumque: nec ad id etiam per litteras Apostolicas compelli, nisi eiusmodi litteræ de hoc indulto de verbo ad verbum, ac de ordine nostro fecerint mentionem. Item aliqui Romani Pontifices solent Religiosorum, siue Monachorum Ordinibus Privilegium concedere, quo ipsos eximunt, & eorum prædia à quibusvis decimis etiam Papalibus, prædialibus, personalibus, quartis, medietatibus, & alijs fructuum partibus subsidij, etiam charitatiuis, & alijs Ordinarijs oneribus, etiam pro expeditione contra Infideles, defensione patriæ, & alijs quomodolibet, etiam ad Imperatoris, & inferiorum Principum instantiam impositis. Et quamvis in ipsa impositione caueatur, ut nulla profus exemptio cuiquam aduersus illa suffragetur. Et solent derogare Constitutioni quæ incipit: Nuper, de Decimis, ubi constitutum est, ut Cistercienses Monachi ex fructibus prædiorum, quæ acquisierant post Concilium Generale Lateranense sub Innocentio tertio, decimam soluere debeant, etiam si huiusmodi proprijs manibus, vel sumptibus excolant, si ex illis prædijs antea decimæ solui solebant. quod Decretum comprehendit, ut ibi dicitur, alios Regulares, qui similibus privilegijs potiuntur. Item, concedunt aliquando Romani Pontifices Religiosorum Monasterijs absolutè, ne decimas soluant ex prædijs, quæ habent: Aliquando in Privilegio dicunt, ne soluant decimas ex prædijs suis.

His positis, dicimus in primis, certi iuris esse, privilegio Pontificis Romani, posse aliquos eximi à decima soluenda; quod asserit Glossa, Hostiensis, Ioann. Andreas & Panormitanus in cap. *Licet capit. Ad audientiam, cap. Ex parte tua nos, de Decimis*. An verò Pontificia auctoritate decima tolli ex toto queat, in dubio est. Nonnulli canonici iuris interpretes cum, ut diximus, decimam, saltem prædialem, diuini iuris esse defendant, pariter negant id fieri posse. At verò communis est opinio, tum iuris Pontificij Doctorum, tum Theologorum, hoc posse iure fieri, nam quemadmodum decima consuetudine, vel præscriptione tolli potest, non quidem ut laicis soluatur, quæ clericis, vel Ecclesijs debetur, sed ut simpliciter decima non soluatur. Sic etiam auctoritate Pontificia fieri potest, ut decima in totum non soluatur: quoniam, dum modo Clericis & Ecclesijs aliunde subministratur, quæ sunt simpliciter ad vitæ usum, vel vitæ necessaria; quod iuris naturalis, & diuini est, &

dummodo aliquid Deo offeratur, ut agnoscat supremus rerum omnium Dominus, quod ius diuinum, & naturale præscribit, reliquum, cum sit tantum iuris Canonici, auctoritate Pontificia tolli potest. Dubitatur itaque, an si prædictum Privilegium nuper à me productum, alicui Monachorum ordini concedatur, eo ipso, Ordo sit immunis ac liber simpliciter atque absolutè à decima prædialibus, quæ Parochijs debetur. Oldradus in *consil. 268. Quæstio est, verum: cenfer, quando cumque huiusmodi privilegium Monasterio, vel cuilibet Religioso ordini conceditur, locum habere tantummodo in decima agri noualis; non autem esse trahendum ad decimam prædialem, quæ antea Parocho soluebatur. Hanc sententiam ita confirmat: privilegium enim Principis quamvis sit plenissimè declarandum, quando solum est præter commune ius; non tamen cum communi iuri derogat: nam interpretari Privilegium debemus, ut quàm minimum fieri possit, iuri alterius noceat. *l. Prator ait, §. Merito, ff. Ne quid in loco publico. Et cap. Ex tuarum, de Auctoritate & vsu pallij, & ca. Cum Capella de Privileg.* ergo privilegium Pontificium solum intelligitur de decima agri noualis, qui nunc primum profcinditur ad culturam redactus, ex quo antea decima non soluebatur. Ceterum longè probabilior est opinio contraria, quam habet Abbas in *cap. Dudum de Privileg.* nam prædictum privilegium eximit à decima non solum personam; sed etiam bona quælibet: ergo non solum agros, qui coli non solebant; sed etiam eos, qui erant sub hominum cultura. Nec pro Oldrado quicquam facit id, quod habetur in *cap. Dudum, de Privileg.* Nam in eo capite solum agebatur de Privilegio, quo quidam erant exempti à decima nouali, & decernit Pontifex eiusmodi Privilegium non protendi ad decimam tempore privilegij impetrati possessam ab alijs, nisi de possessione alterius, tacta sit in Privilegio mentio. Nam ut ibi ait Panormitanus: Privilegium, in quo non sit mentio de possessione alterius, non nocet possessori, quod intellige, inquit, quando impetratur circa decimas Noualium. Secus, ubi Privilegium est impetratum simpliciter ne decimas quis soluat: quia tunc valet, etiam si mentio non fiat de possessione alterius. Et ratio diuersitatis est, quia decimæ ab aliquo possidentur. Vnde cum Pontifex concedit privilegium ne decimæ soluantur, eo ipso vult derogare possessoribus, quia tacite mentionem facit de possessione. Aliud verò est in decimis Noualium, quia Privilegium potest intelligi de agris, qui nondum sunt ad culturam redacti, proinde nullus possidet decimas illorum. Hæc ferè ex Abbate in *eo capite*. Deinde in dubium venit: An præfatum Privilegium, Religiosis siue Monachis concessum, vel aliud simile, eximat eos solum à decimis personalibus, an etiam prædialibus: Atque hæc dubitatio inde oritur, quod decima prædialis Parochijs, & Ecclesijs debetur, quorum iuri non censetur Pontifex derogare. Sed certum mihi videtur esse, tali Privilegio Pontificis eximi Religiosos, à decima prædiali: nam generatim Privilegium habet: *(A quibusvis decimis)* quæ verba vniuersim dicta nihil excipiunt. Deinde etiam in Privilegio dicitur: *A decimis prædialibus*. Obijcies, primum in Privilegio*

dici, *A quibus decimis, etiam Papalibus, prædialibus, personalibus*: Ergo verba illa, *prædialibus, & personalibus*, referuntur ad proximè præcedens verbum, *Papalibus*, ita ut sensus sit, eximi Religiosos, à decimis prædialibus siue personalibus, quæ Romani Pontifici debentur, non autem ab ijs, quæ debentur Parochijs. At enim dubitari non potest, Priuilegium esse simpliciter intelligendum. Verba enim sic habent: *A quibus decimis, etiam Papalibus*, quæ nimirum solent esse extraordinariæ: ac ne quis dubitaret de his, additum est, *etiam Papalibus*, ac deinde subiungitur (*prædialibus personalibus, & alijs ordinarijs oneribus*) quibus verbis priuilegium extenditur ad omnem decimam, prædialem, inquam, personalem & ordinariam.

Tertio vocatur etiam in dubium, An prædictum Priuilegium solum eximat eos, quibus datur, à decimis soluendis ex ijs prædijs, quæ eo tempore, quo Priuilegium impetrarunt, possidebant, An etiam à decimis ex prædijs, quæ postea in ipsorum dominium deuenierunt. Oldradus enim loco citato, putat ea Pontificia priuilegia tantum modo locum habere in primis decimis, non in secundis, duplici argumento permotus: primum sumit ex capitulo. *Dudum, de Priuilegio*, cui argumento paulò ante respondi. Secundum sumit argumentum ex capitulo. *Si quis laicus, & capitulo Ecclesiæ, & capitulo. Quicumque 16. questione prima, & capitulo. Cum non sit in homine, de Decimis, & capitulo. Ex literis, de Pignoribus*, ubi dicitur, Rem, in quemcumque possessorem deuenit, cum suo onere, transire: ergo si prædium in Religiosos translatum decimam soluebat, manet sicut antea obligatum. *Attamen longè probabilius est*, quod dixi, Priuilegium vniuersum extendi ad qualibet prædia siue ante, siue postea acquisita: ratio huius est, quia tale priuilegium non solum est personale, quo personæ à decimis eximuntur; sed etiam reale, quo generatim qualibet prædia, & bona excipiuntur, & liberantur à decima: & ubi Priuilegij verba nihil distinguunt, nec nos distinguere debemus. Id verò quod obijciebatur, Rem transire cum suo onere in possessorem, locum habet in priuilegijs personalibus, quibus personæ sunt immunes ab onere: ac proinde si res oneri subiecta ad eas personas deuenit, obligatur sicut antea. Exemplum sit, Titio est personale priuilegium concessum, ut ipse immunis sit à tributo soluendo, donatione tamen rem tributo subiectam acquisiuit, debet eiusmodi tributum soluere non ratione personæ, sed rei tantum, quæ est in ipsum Titium donatione translata.

Septimò queritur, An Coloni, qui prædia huiusmodi Religiosorum conducunt ut ea excolant, parte vna fructuum sibi retenta, & altera ipsi Religiosis soluta, sint liberi & exempti à decima soluenda? In capitulo. *Licer, de Decimis*, videtur esse planè constitutum, Priuilegium Monachis, aut Regularibus concessum ut à decima soluenda liberentur, non trahi ad eos qui ipsorum prædia excolenda conduxerint. Nihilominus tamen dicendum est, Quandocumque Priuilegium conceditur alicui Religiosorum ordini, ut sit immunis & liber à decima soluenda, si sit personale tantum, non se extendere ad conductores præ-

diorum: si verò sit priuilegium reale, protendi ad conductores agrorum. Sic Glossa in *Clem. 1. de Decimis, in verbo, excolendus*. Sic ibi Ancharan. *Imola, Cardinalis ibidem, questione. 23. Abbas, in capitulo. Ex parte, de Decimis, numero quinto. Quod probatur, quia agri ac prædia à decima eximuntur, ergo etiam eorum conductor soluere decimam non debet: ex quo fit, ut cum prædictum Priuilegium non solum sit personale, sed etiam reale, trahatur quoque ad eos, quibus prædia sua ipse Religiosorum ordo locat, quomodo cumque ea locet, nimirum, siue eo pacto, ut conductor sibi dimidiam partem fructuum acquirat, & alteram dimidiam relinquat ipsi Monachorum ordini, qui tunc dicitur partiaris colonus, siue locet eo pacto, ut quotannis ipsi ordini certa, & taxata pars fructuum in omnem euentum reddatur, & reliquum sibi conductor acquirat, qui tunc dicitur colonus vel conductor censualis. Ad id verò quod obijciebatur ex capitulo. *Licer, de Decimis*, respondeo, ubi sermonem esse de Priuilegio, quod fuerat concessum Cisterciensibus, Templarijs, & Hospitalarijs ne decimam soluerent ex prædijs quos proprijs manibus, vel sumptibus colerent, ac proinde Priuilegium dictum minimè trahendum fuit ad conductores, qui sibi fructus vel ex toto, vel ex parte acquirunt: at verò Priuilegium illud generalius est, nam in vniuersum concedit, ut prædia certi ordinis regularis, sint libera & exempta à decima.*

Octauò queritur, An etiam prædia, si quæ ipse Monachorum, siue Religiosorum Ordo in emphyteusim habeat libera quoque sint à decima, ea item, quæ ab alijs conductæ habet. In capitulo. *Dilecti, de Decimis*, præcipit Pontifex ut Regulares decimam soluant ex prædijs, quæ sibi laici locauerant, & ex quibus antea decima soluebatur. *Dicendum tamen est*, etiam ad huiusmodi prædia antedictum Priuilegium protendi, ut quidam volunt, quoniam in Priuilegio excipiuntur generatim quæcumque prædia & bona ipse Religiosorum ordo habet: sed quæ in emphyteusim accepit, verè, & proprie in bonis Ordinis numerantur, igitur ea quoque sunt à decima exempta. Et cum Emphyteusis sit quædam ad longum tempus locatio atque conductio, fit, ut prædia quoque ipsi Ordini Religiosorum ad breue tempus locata, sint libera à solutione decimæ: nam locatio ad longum vel breue tempus rei substantiam non mutat. *Obijcies*: Agri conductitij qui vocantur, non sunt proprii, ergo Priuilegium de decima non soluenda ex agris proprijs, trahi non debet ad conductitios. *Respondeo*: Si Priuilegium concessum alicui, tantum habeat, ne decimam soluat ex proprijs agris, vel ex suis agris, nequit extendi ad conductitios, capitulo. *Dilecti de Decimis*. At quando hoc Priuilegium simpliciter, & absolute conceditur, ne quis decimam soluat ex prædijs quæ habet, comprehendit etiam proprios, & conductitios fundos & agros, quoniam vtraque habentur. Ad id verò, quod ex capitulo. *Dilecti, de Decimis*, obijcitur: *Respondeo*, Priuilegium Pontificis non fuisse simpliciter concessum, sed eatenus dum taxat, ne Regulares illi decimas soluerent ex fundis, quos proprijs laboribus, vel sumptibus colerent. Et ideo respondit Pontifex eiusmodi

eiusmodi Privilegium ad agros conductitios minimè protendi.

Nono queritur, Quam pœnæ in eos, qui decimas non solvunt, communi iure sint constitutæ? *Respondeo in cap. statim 16. quæst. 1. & in Concilio Maricensi 2. esse constitutum: Ut omnes cuiuscunque gradus & conditionis sint, decimas integras solvant ijs, quibus iure debentur; alioqui excommunicationi subijciantur. Vnde Synodus Trident. sess. 25. cap. 12. de Reformat. eandem pœnam confirmat his verbis: Qui decimas aut subtrahunt, aut impediunt, excommunicentur. Nec ab hoc crimine, nisi plena restitutione soluta, absolvantur. Hæc ibi. QVAERES, an remissio decimæ, facta ab eo, cui debetur, sufficiat, ut quis tum à peccato, tum à pœna iuris liberetur? *Respondet Nauar. in Manuali cap. 21. nu. 32. Glossa in cap. Peccatum de Regulis iuris in sexto in verbo Restitutio, eam sufficere. Clem. 1. de Decimis, excommunicatione feriuntur Religiosi quicunque sint, qui decimas Ecclesijs debitas, & ad ipsos iure aliquo vel causa legitima non pertinentes, sibi vindicare tanquam proprias audent, aut qui dolis & malis artibus usurpant: & ij, qui non permittunt, vel prohibent Ecclesijs decimas solui ex animalibus suorum familiarium, vel pastorum, vel ex alijs animalibus, quæ suis permittentur; vel ex animalibus, quæ in Ecclesijs fraudem emunt, & committunt venditoribus vel alijs, vt ea teneant, & custodiant; aut ex terris, quas colendas alijs committunt. Si admoniti ab ijs, quorum hoc interest, intra mensem, ab his non desistant; aut si id, quod sibi ausu temerario usurparunt, non restituerint intra duos menses Ecclesijs, quibus iure debentur; quæ excommunicatio nulli communi iure reueriatur. Item in Clem. Cupientes, de Panis, excommunicatione afficitur omnes Religiosi, qui suis concionibus, vel alijs aliquid proferunt, vt auditores avertat à soluendis decimis eis Ecclesijs, quibus iure debentur. Item omnes Religiosi, qui in sacris peccatorum confessionibus, quas audiunt, nullum animæ scrupulum iniiciunt ijs, quorum confessiones excipiunt, de soluendis decimis, tam diu ipso facto suspenduntur, donec eos, quorum confessiones audire, admonuerint, si commode possunt, vt decimas debitas, solvant: Alioquin non facientes, ipso facto in excommunicationem incurruunt, si concionari audeant prædicta negligentia non expiata eo modo, quem diximus. Hæc ibi.**

Cap. XXVII.

De Primitiis, & Oblationibus.

PRIMO queritur, Quid nomine Primitiarum ius Canonicum accipiat? *Respondent quidam. Primitias dici, non solum primos fructus ex terra susceptos, sed etiam præcipuos, & optimos. Mihi tamè verius videtur quod alij tradunt. Primitias, esse primos fructus ex agro perceptos, qui Deo, & Ecclesiæ offeruntur. Prisci Romani, teste Plinio lib. 18. cap. 2. non gustabant novas fruges, aut vina, antequam Sacerdotes primitias libassent.*

Secundo queritur, An Primitiæ iure communi debeantur? *Quidam, teste Panormitano in cap. Decimam de Decimis, senserunt, eas minimè iure deberi. At verior est opposita sententia, Innocentij*

nempe, Hostiensis, Ioannis Andreae, & Abbatis in eo cap. Decimam & in Rubr. de Decimis. Nam in cap. Decimas 16. quæstione septima. Gregorius septimus, oportet, inquit, congruentius nos decimas, & primitias, quas iure sacerdotum esse sancimus, ab omni populo accipere, quos fideles, Domino præcipiente, offerunt, iuxta vaticinium Malachie: (Inferite omnem decimationem in horreum meum.) Et cap. Reuerimini 16. quæstione prima, manifestè Hieronymus testatur, decimas & primitias deberi tanquam pauperum elemosynas. Item cap. Decimam, de Decimis, vt ex eodem Hieronymo habetur, specialiter definitur propter Sacerdotum avaritiã, ne amplius à populo exigant in primitiis offerendis. Vbi Glossa communi consensione recepta tradit, primitias iure exigi, sicut etiam decimæ exiguntur.

Tertio queritur, An Primitiæ lege diuina scripta olim deberentur? *Respondeo, eas fuisse debitas: siquidem Malachiæ tertio cap. Conqueritur Deus de Iudæis, eo quod decimas, & primitias non soluerent: & Tobij primo commendatur senior Tobias, quod omnia primitiua sua, & decimas suas fideliter offerret. Demum Deuteronomij 26. & Exod. 13. Lex Domini continetur, qua primitiæ solui debebant. Sed oppones illud Exod. 75. Loquere filiis Israel, vt tollant mihi primitias: ab omni homini qui offert vitronem, accipiet eas. Respondeo, ibi Primitiarum nomine intelligi ea, quæ populus offerebat ad tabernaculi fabricam, & ornatum. At verò vsu, & consuetudine, Primitiæ sunt magna ex parte sublata, & lex de illis soluendis ferè vbique antiquata; & vbi huiusmodi lex extat, minimè primitiæ solvuntur, nisi à clericis petantur.*

Quarto queritur, An certa & definita quantitas Primitiarum iure communi debeatur? *Innocentius, & Panormitanus locis citatis, negant eam deberi, sed arbitrio offerentium aiunt esse relictam. Hostiensis verò in eodem loco docet, iure quidem solui non posse minorem partem quam sexagesimam; maximam verò quæ soluitur, esse quadragesimam. Inter quadragesimam verò, & sexagesimam arbitrio offerentis, partem Primitiarum solui. Vtitur ad id probandum Hostiensis testimonio Hieronymi in cap. Decimam de Decimis, vbi sic ait: Qui plurimum soluebant, quadragesimam partem sacerdotibus dabant: qui minimum, sexagesimam. Et sic inter quadragesimam, & sexagesimam licebat offerre quodcumque voluissent. Sed probabilius est, quod tradidit Innocentius in eo loco quem supra retulimus certam partem Primitiarum non esse iure sanctam; quare arbitrio offerentium relicta est: & vbique ea pars soluenda est, quæ vsu & consuetudine præstat. id verò quod ab Hostiensis allatum est ex cap. Decimam, non est definitio legis, & iuris, sed sola magistrorum traditio, vt ipse Hieronymus confitetur.*

Quinto queritur, An iure naturali Primitiæ debeantur? *Respondeo cum S. Thoma secunda secundæ quæst. 86. ar. 4. partim naturali, partim Canonico iure deberi: Quemadmodum enim decima iure naturali debetur ac soluitur, quodcumque necessaria est ad cõmodum Parochi victum: vel ad profitendum supremum Dei in res omnes dominatum, & imperium: secus verò non naturali, sed Põtificio iure debetur, sic etiã primitiæ quate-*

nus sunt ad vsum sacrum, & honorem, ad cultum diuinum, naturali iure soluntur, secus verò iure tantù Pontificio. Item, sicut decima, quod pertinet ad certâ & definitam quantitatem, iuris est Pontificij, non naturalis; sic etiam certa, & taxata pars Primitiarum Pontificio tantùm iure debetur: quamuis iuris sit naturalis, vt aliquid in Dei honorem referamus. Hinc est, quod sacræ literæ testantur de Abele, & Caino longè multo antè legem datam, eos hunc quidem de terræ frugibus: illum verò de animalibus, primitias obtulisse. *Obtulit, inquit, Abel, de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum, quorum verborum sensus est: Obtulit Abel ex ouibus suis primas atq; pinguisimas. Primogenita solent nobis esse cariora, & gratiora, & proinde in maiori pretio apud nos; & ideo gratum maximè est Deo, si nostra primogenita offeramus. Vel significant ea verba, obtulit Abel primas oues & omnem adipem earum: Præstitit sanè hic vir iustus ac pius Dei cultor, quod lex iussit multis post seculis data diuinitus Mofi. Nam Leuit. 3. dicitur: Omnis adeps Domini erit iure perpetuo in generationibus, & cunctis habitaculis vestris: nec sanguinem, nec adipem omnino comedetis, quasi dicat; Omnis adeps sacer est Domino ritu, & more perpetuo, idque seruabitis quoad vixeritis, & vbicunque habitaueritis. Interiora quæ Deus videt, sibi ipse seruari, & sibi offerri voluit. Voluit item, vt ab adipis & sanguinis esu abstineremus: ac si dixerit, A vitijs & peccatis carnalibus, quæ nomine adipis intelliguntur; & ab omni specie sœuitiæ, & crudelitatis alieni estote. Sed dices; Abel, & Cainus sub lege naturæ viuabant: at certa, & definita pars primitiarum non est iure naturæ præscripta: quomodo igitur illi primos terræ fructus, & gregis foetus, & adipem obtulerunt, quæ postea lex Moyfi diuinitus data, offerri imperauit? Respondeo; Ante legem Mosis conditam sub lege naturæ viuabatur, necdum erant scriptæ legis posita præcepta: ac verò instinctu Dei viri quidam iusti & sancti sponte sua, ac voluntate, non necessitate legis, quædam præstiterunt, quæ postea lex diuinitus cõstituta, mandauit. Sic ante legem, iustus Noè inter munda, & immunda animãtia distinxit, & ab his illa secreuit: Abraham spoliõrum decimas Melchisede cho dedit: Iacob promisit Deo se decimas omnium redditurum. Sic Cainus, & Abel vel diuinitus instigati, vel suis à parentibus instituti, & admoniti, vel naturæ instinctu & impulsu moti, primitias obtulerunt.*

Genes. 4.

Gen. 6. 6. 7.
Iofra 14.
Iofra 28.

Sextò quæritur, Quomam Primitiæ differant à Decimis, & cur offerantur? Respondeo, decimas deberi & solui sacerdotibus, vt ex eis commodè sustententur: At verò primitias Deo potissimum offerimus, vt testemur, eum esse nostrorum bonorum largitorem; ac proinde primitiæ sunt in honorem, & cultu Dei: quamuis deinde cedant in alimenta sacerdotum.

Præterea, vt sæpe dixi, decimas potissimum soluumus; vt agnoscamus ac profiteamur hisce muneribus, Deum esse supremum rerum omnium dominum, cuius imperio sumus subiecti. Deinde, vt quas Deo possumus gratias debitas referamus; sicut gratum animum nostrum beneficijs declaramus ipsi, qui sunt de nobis benemeriti: &

Principibus ac Regibus non solum tributa pendimus, sed etiam munera offerimus, tanquam eorum imperio, dominationi, & potestati subiecti: tributum enim & munus ipsi oblatum, nostræ est seruitutis indicium, & argumentum, & testimonium. Primitias offerimus, vt testemur Deum esse nostrorum bonorum datorem.

Septimò quæritur, quibus iure Primitiæ debeantur? Hostiensis in cap. Decimas, & in Rubric. de Decimis, respondit eas Ecclesiæ Rectori esse soluendas. Alijs tamen visum est, eas deberi ipsi Clerico, quibus soluere consueuimus. Hostiensis opinio magis videtur cum iure ipso congruere: sed alteram sententiam vsus, & consuetudo approbavit.

Octauò quæritur, Quidnam iure nomine Oblationum intelligant? Respondeo: Oblationes dici quæcunq; à pijs fidelibusq; Christianis Deo, & Ecclesiæ offeruntur, siue res soli, & stabiles, siue mobiles sint. Nec refert testamentonè legentur, an aliter donentur. cap. Qui oblaciones, sup. Clerici 13. quest. 2. Cum igitur aliquid homini datur, dicitur Donatio: sed facta Deo, & Ecclesiæ donatio, in iure Oblatio nominatur. Quamuis consuetudine sit receptum, vt oblaciones specialiter dicatur, quæ altari, cum res diuina sit, ab ipsi qui Missæ sacrificio præsentés adsunt, offeruntur.

Nonò quæritur, Quomam differat oblatio à Decima, Primitijs, & sacrificio? Respondeo: à Decima quidem, in eo quod decima soluntur tanquam Clericorum comoda alimenta, tanquam merces laboris, & tanquam debita ministerij Ecclesiastici stipendia, & tanquam obsequium debitum Deo, vt supremo rerum omnium domino. At oblatio dicitur quicquid ad diuinum cultum, honorem, & vsum Dei, & Ecclesiæ datur: A Primitijs verò, quia Primitiæ vocantur Primi fructus ex agris percepti, & Deo vt largitori bonorum, & Ecclesiæ dati: At Oblatio generatim dicitur quicquid Deo offertur: A sacrificio autem differt, quoniam oblatio latius patet quàm sacrificium: res enim, quæ sacrificari dicitur, offertur quidem, sed primùm consecratur, quia in ea sacri aliquid fit, & Deo offertur: prius enim sacra redditur, & Deo postea datur: quemadmodum fit, cum animalia immolantur, cum res vna alteri commiscetur, vel cum res conteri, frangi, vel igne torteri, & absumi solet in Dei cultum & honorem, oblatio verò est, cum res quæ Deo offertur salua, integra & immunis permanet. Sic pecuniæ, oleum, vinum, herbe, fructus, & cetera huiusmodi, quæ de more offeruntur.

Decimò quæritur, An in diebus festis acque Dominicis, cum publicum, & solemne sit Missæ sacrificium, aliquid offerre communi iure cogamur? Hanc quæstionem supra diluimus, cum de sacro in diebus festis audiendo ageremus, in cap. 10. quest. 19.

Vndecimò quæritur, An oblaciones ceteris temporibus iure Canonico debeantur? Quidam arbitrantur minimè deberi, quia Oblationis nomine id significatur, quod quisque sua sponte, & voluntate gratis, & liberaliter offert. Et in Concilio Cabilonenfi, sub Carolo Magno cap. 6. Sic habetur: *Animarum salutem inquirere sacerdotibus non licet*

non licet

non iacta terrena debet: quoniam fideles ad res suas dandas non sunt cogendi, neque circumcivendi: oblatio namque spontanea esse debet, iuxta id quod ait scriptura: *Voluntarie sacrificabo tibi.* Et illud, omnis populus mente deuota obulerunt donaria Domino. Porro alijs videtur, oblationes communi iure deberi: quod ostendunt ex cap. *Stra* *tuimus*, 16. *quæst.* 1. vbi dicitur: *Si quis oblationes Ecclesie, vel decimas, quas populus dare debet, & ca. Præter hoc.* *dist.* 32. Alexander secundus sic ait: *Præcipientes statimimus, vt decime primitiæ, & oblationes vinorum, & mortuorum Ecclesijs Dei fideiuer reddantur à laicis.* Alij verò ita distinguunt: Aut Ecclesia oblatione indiget ad diuinum cultum, & ministerium, & tunc solui iure debet: aut non indiget, & tunc ea arbitrio cuiusque relinquitur. Item debetur oblatio si Ecclesie, seu Parochie rector non habeat unde sustentetur. Hæc opinio magis cum iure congruit. Porro quod donam, & quibus de causis oblationes alioqui iure debeantur, superius explicuimus in *disto* cap. 10. *quæst.* 39.

Duodecimò quæritur, An vbi oblationes de more soluantur, voluntarie sint, an potius necessario præstandæ? Respondet Angelus in *verbo* *oblatio* n. 1. etiam tunc oblationes esse voluntarias. At probabilis Syluester docet in *verbo*, *Decimas*, quod eas esse necessario soluendas: quia Consuetudo vim legis habet: hoc tamen verum non est, quando manifestè conlterit, oblationes studio pietatis & religionis in Deum liberaliter fieri, Ex quo fit, vt si in certa Republica, receptus sit mos quotannis aliquid Ecclesie cuiquam offerendi, eius Republica statuto mutari, abrogari, tolli nequeat, vt Panormitanus in *c. abolenda*, de sepult. ex *sen. Bart. in l. Prærogatiua*, C. de sacrosanct. Ecclesie, tradidit. cuius rei hæc est ratio: quia laici in causis aut rebus pijs nullum ius & auctoritatem habent.

Decimotertio quæritur, Quibusnam oblationes iure debeantur? Respondet, Clerico, Ecclesie, Rectori, siue Parocho. Unde fit, vt etiam si quippiam offeratur in certo sacello, quod situm est intra Parochiam, Presbytero Parochie rectori debeatur, testibus Abbate, & Antonio in cap. *Parochialis*, de his que fiunt à Prelatis. Idem iuris est, cum offeratur quippiam in cultum, & honorem alicuius Imaginis in Parochia, vel sacello depictæ: Cui quod etiam offeratur priuato Clerico vel Sacerdoti inferuenti, in altari, vel rem diuinam facienti in Parochia, iure, illius Ecclesie Rectori debetur; nisi id fuerit Clerico datum, tanquam sui laboris & ministerij debitum stipendium. **QVÆRES,** an quæ offeruntur à fidelibus Christianis in sacris Religiosorum ædibus intra certam Parochiam constitutus, ipsi Parochie Rectori iure debeantur? Respondet, deberi, nisi Pœnitentiæ priuilegio ipsis Religiosis attributa fuerint eiusmodi oblationes, & nisi contra Ecclesie Rectoris Religiosi præscriperint.

Decimoquarto quæritur, An oblationes iure naturali debeantur? Respondet, si Ecclesie, vel Ecclesiarum Rectores indigeat, naturali iure debent, itecus verò minime. Et iure naturali offerri tantum debet, quantum necessarium est ad Ecclesie vel Rectoris indigentiam tubleuandam, & ad declarandum Deum esse summum rerum omnium dominum.

Decimoquinto quæritur, An Laici ius habeat, vel acquirant in oblationes? Respondet: cum

oblationes, sicuti & Primitiæ, & Decimæ, res sacrae & diuinæ sint, ea in Laicos cadere iure non possunt, quas si propria auctoritate sibi vsurpauerint, Sacriligijs pœnis sese obstringunt: vt colligitur ex cap. *Decimas*, 16. *quæst.* 7.

Decimosexto quæritur, Quæ pœna in eos, qui debitas oblationes non soluant, fit iure constituta? Respondet, in cap. *Quis oblationes*, 13. q. 1. hæc haberi: *Qui oblationes defunctorum, aut negant Ecclesijs, aut difficuter reddunt, tanquam egenitum necatores excommunicantur.* Et in cap. sequenti: *Qui oblationes defunctorum retinent, & Ecclesijs tradere demorantur, vt infideles, ab Ecclesia sunt abijciendi.* Et in cap. *Clerici eadem causa*, & *quæstione* statuitur: *Clerici vel seculares qui oblationes parentum, aut donatas, aut testamento relictas retinere perstiterint, aut ipsi quod donauerint Ecclesijs, vel Monasterijs crederint auferendum, sicut sancta Synodus constituit, velut necatores pauperum, quousque reddam, ab Ecclesijs excludantur.* Quibus locis annotat Glossa, Primum, hinc sacrilegio, non esse ipso iure excommunicationem irrogatam. Deinde, hæc iura locum habere tantummodo in oblationibus alioqui debitis, non voluntarijs. Quia ratione, inquit Glossa intelliguntur etiam iura in cap. *Præter hoc* *dist.* 32. & cap. *Statuimus*, 16. *quæst.* 1. in Concilio Tridentino *sessio*, 22. de *Reformat.* cap. 11. habetur: *Si quis Clericorum, aut Laicorum, & alicuius Ecclesie, seu cuiusvis secularis, vel Regularis beneficii, & Curialitatis, bonæ censuræ, ac iura, etiam feudalia & emphiteutica, fructus, emolumenta, seu quasvisque obuentiones, que in ministrorum, & pauperum necessitates conuerti debent, per se, vel per alios, vi, vel timore incusso, seu etiam per suppositas personas Clericorum, aut Laicorum, seu quacunque arte, aut quocunque quæsito colore in proprios vsus conuerti, illisque vsurpare præsumperit, seu impedire, ne ab his, ad quos iure pertinent, percipiantur: is anathematis tamdiu subiaceat; quamdiu in iudicio, bonæ, & iustæ, fructus, & redditus, quos occupauerit, vel qui ad eum quomodocunque, etiam ex donatione suppositæ persone, peruenerint, Ecclesie, eiusque administratori, siue beneficiario, integre restituerit, ac deinde à Romano Pontifice absolutionem obtinuerit. Sic ibi. Hoc tamen locum non habet, quando Clericus beneficiarius cadit arbores frugiferas, vt eas sui commodi gratia vendat, aut sibi assumat, & vendicat: bene tamen locum habet in extraneis, si arbores cadant & vendant, aut eas sibi retineant, quamuis hæc, non faciant vlla iniuria illata; sed tantum animo & voluntate furandi. Sic declarauit Congregatio Cardinalium.*

Decimoseptimo quæritur, Quas oblationes voluntarias minime Ecclesia recipiat? Glossa in cap. *Oblationes*, *dist.* 30. communi consensu approbata, respondet, eas, que ipso iure exprimuntur. Neque enim Ecclesia quorumlibet hominum peccatorum oblationes excludit: Non recipit oblationes fratrum dissidentium, si notorijs sint, cap. *Oblationes*, *dist.* 30. Nec raptorum hominum, cap. *Super*, de *Raptorib.* Nec vsurpatorum, cap. *Quia in omnibus*, de *Resur.* Nec Sacriligorum, cap. *De viro* 12. q. 2. Nec eorum, qui per vim extrahunt seruos suos ad sacras ædes confugientes, cap. *Miror* 16. *quæst.* 3. Nec pœnitentium, qui aliquando oblationes facere prohibentur, cap. *Bois*, de *Consecr.* *dist.* 4. Nec meretricum, *argumeto* sumpto ex *Authent.* de *Lenonibus* in principio. Hæc omnia iura intelliguntur de prædictis peccati notorijs, ac manifestis.

Cap. XXVIII.

DE QUARTO ECCLESIAE
PRAECEPTO, NEMPE:De sacra peccatorum Confessione quotannis
semel facienda.

IN cap. Omnis vtriusque, de Pœnitentijs & remissionib. continetur Decretum editum in Concilio Generali Lateranensi sub Innocentio III. Vt quicumque est, sine vir, sine foemina, Christi fidem & religionem professus, vsus rationis compos effectus, omnia sua peccata saltem semel in anno, confiteatur proprio Sacerdoti, & iniunctam sibi pœnitentiam studeat totis viribus implere.

Primò queritur, An in huiusmodi decreto præceptum detur, aut solummodo consilium? Quidam rati sunt, solum consilium dari, non præceptum, & pœnam eo capite constitutam, videlicet, Alioqui & viuens, ab ingressu Ecclesie coercetur, & mortuus Ecclesiastica careat sepultura, irrogari ijs, qui in Paschate Eucharistiam nõ suscipiunt; non autem ijs, qui semel quotannis sua peccata non confitentur. Et Durandus in 4. dist. 17. qu. 14. quamuis dubius dicit tantum esse consilium, non præceptum, vt semel quotannis peccata cõfiteamur. Quos vnicum illud argumētum permouit: Quoniam Ecclesia occulta non iudicat, ac proinde de occultis præcepta non dat: sed sacra peccatorum confessio fit occulte Sacerdoti, ergo Ecclesie confitenti non potest, quisiuam fuerit sua peccata confessus. Caterum vna & constans est omnium sententia, in eo capite, præceptum esse constitutum. Ita S. Thomas in 4. dist. 17. qu. 3. artic. 1. in q. 3. Bonauent. eodem lib. & dist. part. 2. dist. 17. artic. 2. q. 1. Et quamuis id ita se habere, Decreti verba non plane comprobarent; satis deberet esse communis omnium intelligentia & recepta cõsuetudo, quæ est optima legum interpretis: Quin etiam Ecclesie constare potest, hunc vel illum non esse confessum, ex eo quod Parochus testificatur, eum id nõ præstitisse, cum confessarij testimonium non extet, ex quo pateat annua eius hominis confessio.

Secundò queritur, An qui nullius est peccati lethalis, aut venialis cõficius, debeat semel quotannis confiteri? Alexander 4. part. qu. 18. memb. 4. artic. 1. §. 2. Sentit, eiusmodi hominem debere se sistere coram Sacerdote, & confiteri generatim se esse peccatorem. Caterum merito eius sententia rejicitur cõmuni Theologorum consensu. S. Thomæ in 4. dist. 17. q. 3. artic. 1. in q. 3. ad 3. Scoti q. 1. artic. 3. Durand. q. 9. Maioris qu. 2. Siquidem Ecclesie præceptum manifestè habet, omnis fidelis sua omnia peccata confiteatur, ergo qui nullo peccato tenetur obstrictus, confiteri præcepto nõ cogitur: nam vbi tota præcepti & legis materia & substantia deest, nulla legis vis & auctoritas locum habet.

Tertio queritur, An huiusmodi præcepto venialia peccata confiteri debeat, qui eis tantummodo tenetur? Bonauent. in 4. dist. 17. part. 2. dist. ar. 2. q. 1. Richard. ibid. artic. 2. q. 4. ad 1. & dist. 16. artic. 5. q. 1. Supplement. in verb. Confessio 2. num. 6. Syluest. Confessio 1. qu. 13. & Innocent. in cap. Omnis vtriusque sexus, de Pœnitentijs. sentire, qui lethali simul & veniali

peccato obstrictus sit, præcepto non cogitur ad veniale peccatum confitendum, sed ad lethale tantummodo. Si tamen solis venialibus tenetur, debere annuam confessionem facere, nõ quidem ita, vt omnia confiteri debeant; sed aliqua eorum duntaxat. Qui quidem inde permouentur, quòd in eo Decreto Ecclesia decernit, vt omnis fidelis, singulo quoq; anno sua peccata confiteatur. Sed veniale, est verè & proprie peccatum, ergo qui est venialibus obnoxius, confiteri semel in anno debet. At verò communis est recepta sententia, vt constat ex S. Thoma, Scoto, Durando, Maiore, & ceteris in 4. dist. 17. hoc Ecclesie præcepto non teneri eos, qui sunt solis venialibus peccatis obstricti: Id enim præceptum Ecclesiasticum videtur iuris diuini tempus certum, ac definitum, taxasse, constituisse que. Iure siquidem diuino confiteri peccata debemus: sed quia præter necessitatis tempus, nullum aliud tempus certum lex diuina decreuerat, Ecclesia definiuit, vt semel quotannis confiteremur. Ergo Ecclesia hanc legem indixit de ea Confessione, quam iure diuino aliqui facere debemus. At is, qui solis venialibus tenetur, ea confiteri, iure diuino non cogitur, ergo nec eorum annuam confessionem facere hac lege compellitur. Deinde in Decreto Ecclesie præceptum præcipitur, vt omnis fidelis rationis compos semel in anno omnia sua peccata cõfiteatur: at non est credibile, vt Ecclesia iubeat nos confiteri omnia venialia peccata, ergo quia Ecclesia præceptum dedit de lethalibus confitendis, ideo dixit, (omnia) Dices, satis esse illi, qui venialium solum est conscius, aliqua venialia cõfiteri. Contra hoc manifestè facit argumentum: quia non est maior ratio cur hæc, & non illa confiteri debeamus, si venialia sunt; & tamen Ecclesia præcipit, vt omnia peccata confiteamur.

Quartò queritur, An Ecclesia, siue Romanus Pontifex præcipere queat, vt qui solis venialibus peccatis tenetur, ea confiteri certis temporibus debeat? Sotus Bonauenturae & Richardi opinionem refutans in 4. dist. 18. q. 1. ar. 3. videtur asserere id non posse Ecclesiam imperare: Non enim, inquit, potest Ecclesia Sacramenti materiam nonam facere, & mutare veterem à Christo Domino constitutam. Sed veniale peccatum quamuis sit apta, idonea & legitima confessionis materia, est tamen voluntaria, non necessaria, cum possimus spontè & libetè venialia confiteri: neque enim eiusmodi peccata sunt necessaria confessioni subiecta, quæ potest quisque in sacra confessione reticere: ergo Ecclesia non potest præcipere, vt ea confiteamur: nam eo ipso necessariò confessioni ea subijceret, quòd esset materia nonam confessionis inducere. Idem ante Sotum tradiderunt Paludanus in 4. dist. 17. qu. 2. artic. 4. conclus. 2. Antonin. 3. part. iii. cap. 13. §. 14.

At meo iudicio longè verius est oppositum, quòd docuerunt Syl. Confessio 1. q. 13. Caiet. in opposit. 10. 1. traß. 5. q. 1. Nauar. de Pœnit. dist. 6. c. Placuit nu. 110. Nã quisq; potest voto promittere se venialia confessurum peccata, tametsi nulla sit lethalis peccati labe pollutus: Cur igitur Ecclesia præceptum dare nõ possit de eo quòd vouere quis potest? Deinde venialium confessio delictorum est opus, & officium virtutis: est enim actus religionis, est vilis

& salu.

& salutaris Sacramentis vsus, ergo potest Ecclesia id officij præcipere. Accedit, quod multa alia opera, de quibus solum est consilium datum, possit Ecclesia imperare, & eo ipso essent nobis præcepta, quæ erant antea solum consilia data. Adde quod in Clem. Ne in agro dominico. §. sane, de statu Monacho, est præceptum Monachis Benedictini instituti, vt singulis quibusque mensibus ad sacram peccatorum confessionem accedant. Et quamuis Sotus putet, ea lege solum teneri Monachos, qui lethalius sunt peccatis obstricti; alij tamen probabilius existimant, absolute & simpliciter omnes teneri, siue lethalius, siue venialium sint confessi. Et licet fateamur, ac daremus, ab Ecclesia legem non posse constitui, quæ ad venialium peccatorum confessionem faciendam omnes in vniuersum compelleret; tamen quid impedit quominus Ecclesia legem ferat de venialibus confitendis, qua Monachi teneantur, qui vitam perfectiorem, quam cæteri hominum profitentur; cuius vite perfectioni studere debent? **Postremo,** quamuis Ecclesia venialium confessionem iuberet, nõ tamen eo ipso, vt putauit Sotus, Sacramenti materiam mutare videretur. Non enim confiteatur, vt veniale peccatum sit materia necessaria confessionis iure diuino: ea enim lege posita, adhuc veniale posset extra confessionem deleri, & alijs remedijs expiari. At inquit, eo præcepto confitendo, deberemus veniale peccatum confiteri; id quod esset venialia necessario confessioni subijcere. Respondeo, negando illud inde consequi: siquidem adhuc posset veniale peccatum extra confessionem remitti: sed solum Ecclesia præceptum daret de ea re faciendam, de qua erat antea nobis datum consilium. Lethale peccatum, fateor, est materia necessaria confessionis iure diuino, & extra confessionem re, vel voto susceptam non dimittitur: at venialis noxa iure diuino necessario confessioni minime subijcitur; at tamen Ecclesie præcepto adstringi possumus ad eam confitendam; nec video, vt paulò ante dixi, cur hoc Ecclesia imperare non possit. Ac tamen si contra Sotum teneamus, Ecclesiam præcipere posse, vt fideles venialia confiteantur: minime tamen arbitramur id continuo expedire: quia si lex, præsertim in vniuersum ferretur, ita vt omnes & singulos teneret, seuera lex & grauis ea videretur, cum non æquè facile omnes venialia, vt lethalia peccata discernant, nec desint qui passim se in leues noxas incurere putent. Miris tamen difficultis lex esset, quæ certum tantummodo genus personarum teneret: nec cogeret nos omnia peccata venialia; sed aliqua confiteri.

Quintò quaeritur, An qui solum internis cordis lethalius peccatis tenetur, debeat ea semel in anno confiteri. Ratio dubitandi est, quia huiusmodi præceptum de annua peccatorum confessione faciendam, est Ecclesiasticum; at Ecclesia ius & potestatem non habet in actus simpliciter internos: ergo nequit præcipere, vt peccata cordis interna confiteamur, si ea solum commiserimus, & non externa. Ad hanc quaestionem respondeo capite proxime sequenti, quaest. 8.

Sextò quaeritur, Qua ratione annus computari debeat, cum imperat Ecclesia prædicto Decreto, vt semel in anno confiteamur? Tres sunt opinio-

nes; prima est, annum esse computandum ab eo tempore, in quo quis semel est confessus: Verbi gratia, Titius confessus est hoc anno prima die mensis Maij, annus computatur ab ea die vsq; ad primam diem mensis Maij anni proximi sequentis: Vnde quo die anni quisq; semel confiteri cepit, toto deinde suæ vitæ tempore debet semel confiteri intra annum à die, qua confiteri cepit. Ita Sotus in 4. dist. 18. q. 1. art. 4. conclus. 1. Secunda opinio censet annum computari prout est in vsu & consuetudine hominum, nimirum à prima die mensis Ianuarij, vsque ad vltimam diem mensis Decembris, Cui quidem opinioni, tanquam probabiliori quidam iuniores assentiuntur, inde comprobantes, quod Ecclesie præceptum habet, vt semel in anno confiteamur; at Canones, leges & iura, nisi quid aliud expressim addiderint, annum accipiunt, vt communiter ab omnibus computatur. Deinde si verum esset, quod dicit Sotus, diceret Ecclesia debuisset: Vniuersisq; confiteatur infra annum à die confessionis. Nam priuilegia, leges, & iura cum aliquid constituunt & præcipiunt, vel vetant, solent expressim adiungere hæc verba: Intra annum à die publicationis: ac proinde cum simpliciter statuunt, vt certum aliquid fiat singulis quibusq; annis, annu accipiunt prout computari solet ab initio Ianuarij vsq; ad finem Decembris. Finge item Præsidem, vel Prætorem Prouinciæ alicuius, ab Imperatore, vel Principe mandatū accipere, vt singulis quibusq; annis semel det populo spectacula, ludosue publicos, nisi Imperator, Princepsue aliud expresserit, nempe à die quo fuerit Prouinciā ingressus, accipiendus est annus simpliciter, vt communiter computatur à cæteris. Mihi hæc sententia nõ placet, quoniam inde fieret, vt Titius saluo & integro Ecclesie præcepto, posset viginti, immo vigintitres menses, hoc est, duos ferè annos transigere sine sacra peccatorum confessione: quod ego ita ostendo. Fingamus Titium hoc anno 1597. confessionem fuisse prima die mensis Ianuarij, poterit, si vera est hæc opinio, sequentem confessionem annuam differre vsque ad vltimum diem mensis Decembris anni 1598. & deinceps eodem modo annuam confessionem prorogare. Respondent, nullum planè id esse incommodum: quoniam Ecclesia noluit nos sibi aliter obligare; si enim voluisset, citra dubiū dixisset: Quisque confiteatur intra annum à die confessionis semel factæ. Sed certè ego tertiam opinionem magis probo, quæ censet, in prædicto Decreto annum sumi, vt computatur ab vno tempore Paschali Resurrectionis dominicæ vsque ad Paschale tempus proxime sequens. Sic enim annus censetur Ecclesiasticus, quod pertinet ad annuam confessionem peccatoru faciendam: quamuis annus profanus vulgo computetur à mense Ianuario vsq; ad finem mensis Decembris proxime sequentis, & ita videtur consuetudo populo Christiani in prædicto Decreto annum accipere, vt incipit ab vno Paschate, & finitur, & definit in altero Paschate proxime sequenti. Et meo iudicio id dicere videntur Durand. in 4. dist. 27. q. 10. Antonin. Tertia parti. tit. 14. c. 19. §. 3. Syluest. Confessio. 1. q. 2.

Septimò quaeritur, An vi præcepti Ecclesiastici quisq; certo, ac definito tempore anni debeat confiteri? Dux sunt opiniones, vna docet, ratione

huius

huius præcepti nequaquam cogi nos ad confitendum certo anni die, ac tempore, atque ita satisfacere nos legi & præcepto, si annuam confessionem quolibet anni tempore faciamus. Sic Medina *tract. de Confessione, q. 14. Sotus 4. diff. 18. q. 1. art. 4. Ledesma in 4. 2. part. q. 5. art. 5. dub. 6. Adrianus in 4. de Confess. q. 3. & ante eos Paludanus in 4. diff. 17. q. 2. art. 5. Richa. eodem lib. & diff. art. 3. q. 6. Nauarr. in Manuali cap. 2. nu. 9.* Addunt isti Auctores, nec esse præceptum de annua confessione facienda in Quadragesima, quod inde comprobant: quia in Decreto Ecclesie solum dicitur: Vt quisque fidelium sua peccata semel quotannis confiteatur, ubi nullum certum anni tempus ipso iure præscribitur. Altera opinio affirmat, esse præceptum confitendi peccata certo anni tempore, nimirum in Quadragesima, quæ proximè Pascha præcedit. His ea opinio nititur argumentis. Primum, ubique est vltimè receptum, vt singuli in Quadragesima confiteantur. Deinde multis in locis Synodales extant constitutiones, quæ præcipiunt, vt omnes in Quadragesima confiteantur. Non raro itidem Episcopi Parochis imponunt, vt statim post Pascha sibi exhibeant conscriptos catalogos eorum, qui sunt in Quadragesima confessi; quod qui non fecerint, excommunicatione feriuntur. Accedit quod habetur in Constitutione Sixti III. quæ incipit: *Nos illius, quæ refertur inter extrauagantes communes de Treuga, & Pace*, ubi mædicantibus præcipitur, ne doceant, Parochianos minimè obligari saltem in Paschate, ad confitendum proprio Sacerdoti; cum iure communi debeat Parochianus quotannis in Paschate proprio Sacerdoti confiteri. Adde his Concilium Tridentinum *sess. 14. cap. 5. ad finem de Confessione sic loquens, vnde cum in vniuersa Ecclesia cum ingenti animarum fidelium fructu obseruatur mos ille salutaris confitendi sacro illo, & maximè acceptabili tempore Quadragesimæ: quem morem hæc sancta Synodus maximè probat, & amplectitur, tanquam piuum, & meriti retinendum: vt præceptum Confessionis saltem semel in anno ab omnibus & singulis, cum ad annos discretionis peruenissent, impletur.* In Concilio Agathensi, vbi refertur in c. Quadragesima de Consecrat. *diff. in c. 1. præcipitur, vt initio Quadragesimæ poenitentia iniungatur, & absolutio concedatur tempore Paschatis.*

Equidem in hac quaestione certi iuris videtur esse, præceptum confitendi semel quotannis, certum & definitum anni tempus non continere, si quidem ius ipsum solum spectemus. Nam Ecclesie decretum habet, vt quisque semel in anno confiteatur. Quæstionis tamen dubiæ & incertæ est: An saltem ratione consuetudinis, vel specialis iuris alicubi constituti, certo anni tempore sit annua peccatorum confessio facienda. Et quidam existimant, nec consuetudinis vi, nec vltimo iure speciali Synodaliū Constitutionum oportere confessionem facere in Quadragesima, siue tempore Paschatis, sed satis esse, si quouis anni tempore quisque confiteatur; quoniam consuetudo confitendi in Quadragesima, aut in Paschate, ob id solum est inducta, vt quisque idoneè se præparet ad dignè Eucharistiam in Paschate suscipiendam; non autem, vt præcepto annuæ confessionis faciendæ in Quadragesima, vel in Paschate satisfaciatur: nam quolibet alio tempore, confitendi

præceptum impletur: Verùm tamen probabile admodum est, quod dicit Medina *qu. 14. de Confess. ratione consuetudinis, vel iuris specialis alicubi recepti, oportere confessionem annuam tempore Paschatis facere; nihil enim impedit, vt id, quod ius commune iubet semel quotannis esse faciendum, confiteri videlicet sua peccata Sacerdoti, consuetudo, vel speciale ius alicubi receptum, interpretetur, ac declaret, confessionem annuam peccatorum esse tempore Paschatis faciendam. Atque huc meo quidè iudicio tendit, quod in sua Constitutione Sixtus Quartus dixit: cum iure debeat Parochianus, saltem semel in Paschate, proprio Sacerdoti confiteri. Non enim significat, in c. Omnis vtriusq; sexus, annuam confessionem esse indictam in tempore Paschatis, cum solum ibi dicitur, semel in anno esse confitendum: sed innuit Pontifex, ius commune in illo cap. præscriptum, consuetudine vbiq; recepta, declarati fuisse; tempore, vt annua confessio peccatorum tempore Quadragesimæ & Paschatis fieret.*

Oscitatio quaeritur, An si Titius anno superiore, verbi gratia 1596. sua peccata confessus non fuerit, vt præcepti illius præteriti debeat confiteri quouis die anni præsentis 1597. vbi primum commode poterit: Duplex est opinio Doctorum prima quidem B. Antonin. 2. par. tit. 9. c. 9. §. 3. Syluest. in verbo Eucharistia, 3. qu. 15. Tabien. in verbo commanere nu. 10. & quorundam aliorum afferentium, obligationem præcepti anno proximè elapso prætermissi, extinctam fuisse, ac proinde Titium non cogi vt illius præcepti hoc anno peccata confiteri, qui vnico eo argumento mouentur: quia quando obligatio est ad tempus, eo elapso tempore, finitur & cessat. Non enim qui ieiuniū certo die non feruat, in alio die id feruare debet: nec qui preces horarias vno die non persoluit, eas in alio die recitare compellitur: nec qui in die festo remittit vniā omisit, in alio eam debet audire. Secunda est sententia Medinæ *tract. de Confess. q. 14. Soti in 4. diff. 18. q. 1. ar. 4. Victorix in Sum. de Sacram. de Confess. nu. 134. alijs 147. Nauarr. in Man. cap. 21. nu. 45.* Elapso anno confessionis annuæ obligationem manere, ita vt Titius, qui anno præcedenti confessus non est, præsentis anno confiteri debeat, cum primum commode potest; & hæc opinio veritati magis est consentanea: solent enim, qui annuam confessionem neglexerunt, excommunicatione affici, à qua non prius absoluantur, quam fuerint confessi. Deinde, lex Ecclesie de annua confessione factenda, ideo sancita est, ne quis peccatorum confessionem vltra annum audeat prorogare, vt dicit Palud. 4. diff. 17. q. 2. art. 5. *vers. Secundus casus est.* Vbi sic ait. *Papa statuit, ad minus semel in anno confiteri. Vnde vltra non licet differre: sicut nec olim statuta tempora baptisimi in Paschate & Pentecoste licebat prolongare.* Videtur hoc loco Paludanus secundam sententiā tenuisse. Item, vt quis frequenter sua peccata confiteatur. Sciendum autem est, obligationem ad certum tempus, dupliciter contrahi: aut enim est obligatio ad quippiam faciendum in cultū & honorem illius temporis, aut absolute & simpliciter, vt res fiat quam primum potest, & ne diutius differatur. Prior obligatio definit elapso temporis confitendi: tales sunt obligationes ieiuniū feruandi certis temporibus, dies sacros colendi, rem diuinam festis

diebus

diebus audiendi, Diuinum officium quotidie persoluedi, vel voto susceptum, vel lata lege mandatum. Obligatio verò secundi generis, elapsu temporis minimè finitur: & talis est obligatio annuæ confessionis. Hoc enim est quod Iurisconsultus tradit in l. celsus, ff. de recept. arbitris, §. sed ipse, & habetur in cap. cum dilecti, de dolo, & contumacia. Si Titius ad Calendas Ianuarias soluere aliquid debet, duo præcepta sive mandata sunt; vnum, vt soluat ad Calendas Ianuarias; alterum, vt soluat absolute & simpliciter: ac proinde si ad Calendas Ianuarias non soluerit, nõ est ad soluendo liber. Nec enim, si vna obligatio definit, secunda quoque desinit. Pari ratione cum nobis præcipitur, vt ad annum confiteamur, duo præcepta dantur, vnum, vt ad annum; alterum, vt absolute & simpliciter confiteamur: ac proinde qui in vno anno confessi non sunt, proximè sequenti, vbi primum commodè possunt, confiteri ipso iure coguntur; talia etiam erant olim Ecclesiæ mandata, cum statuit, vt in Paschate, & Pentecoste Catechumeni Baptisma susciperent; hoc est, ne vltra Pascha, vel Pentecostem baptismum differrent: quod si impediti, tunc non susciperent, quum primum commodè possent, ad baptismum accederent: vt dixit Palud. 4. dist. 17. q. 2. art. 5. in secundo casu. Sic etiam olim in vetere Hebræorum populo, qui legitime impediti primo mense Pascha non celebrabant, non differrebrandi officium & opus vique ad primum menslem anni proximè sequentis; sed celebrare Pascha, secundo mense cogebantur.

Nonò quæritur, An præceptum annuæ confessionis sit datum causa Eucharistiæ suscipiendæ, an verò potius absolute & simpliciter per se, ob maiorem videlicet ipsius confessionis sacræ cultum & venerationem. Quidam sensisse videntur, nullum esse præceptum annuæ confessionis per se; sed ratione Eucharistiæ: ad quam legitime, & indonè percipiendam, requiritur sacræ peccatorum confessio. At cõmuni est sententia receptam esse per se præceptum de annua confessione faciendâ. Sic docet S. Tho. in 4. dist. 17. q. 3. ar. 1. ad quæst. 3. Bonauent. 4. dist. 17. par. 1. dist. art. 1. q. 1. & ceteri: quæ mirum vera est sententia, & maximè probanda. Nam in c. omnis viri, q. 6. vtrumque præcipitur, & vt quisque semel in anno confiteatur, & vt in Paschate Eucharistiam sumat. Dices primum, non præcipi absolute ratione sui, sed ratione & causa secundi. Sed profecto repugnat id, quod in Decreto dicitur: *quisque semel in anno confiteatur: nam si annua confessio ratione Eucharistiæ præciperetur, præceptum non daretur simpliciter de confitendo semel in anno; sed de confessione faciendâ, quo tempore Eucharistia nobis est Ecclesiæ lege seruanda. Quo fit vt vtrumque præceptum per se seorsum aliquando violetur, si quis enim semel in anno est confessus, & deinde lethalis peccati conscius in Paschate ad Eucharistiam accedit, in præcepto & lege seruanda de Eucharistia, peccatum perpetrat, quippe sacrilegium admittit eam indigne suscipiens, & tamen præceptum annuæ confessionis faciendæ sine vilo peccato implet & seruat, cum alioquin eo anno fuerit integrè, & legitime confessus. Item qui facta, quam debebat, annua confessione, Eucharistiam in Paschate non percipit, Eucharistiæ præceptum*

negligit, confessionis nõ item. Deinde, qui in Paschate Eucharistiã sumeret, nulla cõfessione peccatorum præmissa, quia videlicet nullius culpæ lethalis reum & conscius se agnosceret, Ecclesiæ præceptum de Eucharistia accipiendâ impleret; & tamen si eodem anno, postea in lethale peccatum lapsus, id confiteri negligeret, præceptum annuæ confessionis omitteret.

Cap. XXIX.

Quædam aliæ quæstiones de eodem præcepto annuæ confessionis diluuntur.

PRIMO quæritur, An Monachi sæpius quàm semel in anno, peccata cõfiteri debeant? Non est dubitandum, Monachos S. Benedicti institutum professos, debere amplius quàm semel in anno ad sacram peccatorum cõfessionem accedere. Nam in Clem. Ne in agro dominico, §. sancti, de Statu Monacho, ita statuitur. *Singulis mensibus tam in Monasterijs, quàm extra sub iata occasione quacumque ad confessionem, saltem semel, accedant omnes, ac singuli Monachi.* quod Decretum, vt Cardinalis, Imola, & alij eo in loco communiter interpretantur, Monachos tum atro, tum candido amictus genere vtentes comprehendit: immò moniales quoque S. Benedicti, quas vocant obseruantes. Nec mirum videatur, Monachos singulis mensibus ad semel confitendũ præcepto & lege compelli: quoniam illi perfectioris vitæ genus profitentur; ac idcirco arctiori quoque viuendi norma & regula sunt alligati. Illud ergo in dubium & quæstionem vocatur, An si solum venialibus illi noxis teneantur, eas confiteri singulis mensibus debeant? Lethalium enim criminum confessionem eis esse faciendam, nemo ambigit: & lethale peccatum confessi, venialia, si se hisce culpis obstrinxerint, confiteri minimè compelluntur. Duas inuenio hac de re opiniones; vnã quàm Sotus probauit in 4. dist. 18. q. 1. art. 3. Monachos eiusmodi nequaquam adstringi ad venialia confitenda, si omnis culpæ lethalis expertes fuerint. Hoc ille probat, quia Ecclesia venialis culpæ confessionem imperare nemini potest: cum ea non sit confessionis materia necessaria. Altera opinio affirmat, Monachos debere confessionem venialium facere vnoquoque mense, tamen si eos nulla omnino lethalis premat conscientia: quam sententiam Nauar. de Pœnit. dist. 6. cap. Placuit, num. 122. & Caietan. in Opuscul. tom. 1. tract. 5. q. 1. vt probabiliorẽ & veriorẽ amplexati sunt. Et meritò. Nam in Clem. super memorata simpliciter & absolute præcipitur, vt Monachi singulis mensibus confiteantur: at vbi ius non distinguit, nec nos distinguere debemus. Obijcies Ecclesiam in cap. Omnis viri, q. 6. de Pœnit. cõ. remissè sanxisse, vt omnes fideles semel in anno sua peccata confiteantur, & tamẽ, vt superiori capite à nobis est dictum, probabilior est opinio, ea lege fideles minimè teneri, qui se solis culpis venialibus alligarunt: ergo nec Monachi singulis mensibus venialium peccatorum cõfessionem facere, Clementina lege coguntur. Respondendo negando, esse eadem iuris de Monachis, quod de ceteris fidelibus Christianis. Iam enim superius contra Sotum ostendi, esse penes Ecclesiam

potestatem statuendi, vt fideles venialia peccata confiteantur: non tamen expedire, vt huiusmodi lex generalis feratur, quæ obliget vniuersos. Potuit tamen merito ea lex constitui, quæ Monachos teneret, quippe qui arctius & perfectius vitæ institutum sectantur, magisq; à crebris peccandi occasionibus semotum. Nec Soti nos ratio cõuincit; negantis, venialia peccata necessariam esse cõfessionis materiam. Non enim diffitemur, iure diuino venialia peccata non esse ex necessitate confitenda; cum Christus id nusquam mandauerit: præcepto tamen Ecclesiastico veniales noxæ confessioni subijci iure possunt: quod enim Christus solummodo tanquam consilium nobis reliquit, id potuit Ecclesia præcipere, præsertim si vtile & salutare sit, & quod à nobis præstari commode possit. Talis est frequens confessio venialium in Monachis solitaria vitæ addictis. Quamuis autem, Ecclesia iubente, Monachi prædicti singulo quoque mense confiteri peccata cogantur; consuetudine tamen vsu recepta, eiusmodi lex potest alicubi abrogari.

Secundò queritur, An ea lex adeo Monachos obstringat, vt si aliquo mense absq; vlla causa legitima venialium confessionem omittant, in lethalem culpam incurrant? Sotus loco citato negat, posse Ecclesiam præcepto sola venialia confitendi, tantam obligationem imponere: quia venialium, inquit, confessio non videtur esse res tanti ponderis & momenti. Alij tamen, vt Nauarrus & Caietanus *supradictis in locis*, probabilius affirmant, eiusmodi præcepto tantã obligandi vim, & potestatem inesse. Nam qui voueret peccata venialia se confitendum ter, vel quater in anno, eiusmodi votum eum grauius alligaret; at non minoris est vinculi hac in parte præceptum Ecclesiæ, quam votum propria voluntate susceptum. Et tamen venialis noxa res est leuis & parua; at sacra venialium peccatorum confessio, nõ est res parui momenti: quia est Sacramenti vsus, quo gratia nobis diuina confertur, & quo vitam emendamus atque corrigimus, quo item peccatorum fordes, ac maculæ eluuntur.

Tertiò queritur, An per quãlibet peccatorum confessionem, coram proprio sacerdote factam, satisfaciamus annuæ confessionis legi Ecclesiasticæ? Hoc nihil aliud est, nisi querere, An Titius si semel in anno sua peccata confiteatur, non tamen omnia, aut confiteatur quidem omnia, sed sine legitima cordis pœnitentiã, aut citra debitam conscientie discussionem, præceptum obseruet contentum in Canone, Omnis vtriusque? Duz sunt opiniones planè diuersæ: prima docet satisfieri præcepto, etiam si integra confessio non fiat, aut legitimus peccatorum desit dolor & detestatio, aut idoneum propositum cauendi peccata in futurum, aut diligens peccatorum discussio: dummodo nihil horum in confessione dedita opera, aut per negligentiam, siue ignorantiam affectatam, quam vocant, quamuis per crassam à pœnitente fuerit admissum, quod est perinde, ac si diceretur: Tameñ culpa Titij in confessione, Sacramenti effectum impediãt, nimirum gratiam, dummodo tamen non de industria, aut per affectatam negligentiam gratiã aditum intercludat, valet confessio, nec Titius illam eodem anno re-

petere debet: quamuis de culpa commissa dolere cogatur per veram cordis pœnitentiam. Ita S. Thom. in 4. dist. 17. q. 3. art. 4. ad q. 1. Durand. *res. lib. 2. dist. 1. q. 13.* Palud. q. 8. Capreol. q. 2. art. 2. Anton. 3. part. tit. 14. cap. 19. §. 5. Syluest. *confessio* 1. qu. 22. c. 13. Tabien. *confessio* 2. nu. 42. Caiet. in *opus. c. 10. 1. r. 5. q. 5.* in *Summa verbo, absolutio*, Sotus 4. dist. 18. q. 3. art. 2. c. 3. Canus in *Releñ. de Pœnit. part. 5. Victor in Sum. de Confessio. nu. 144. alias 157.* Nauar. in *Manua. c. 7. nu. 12.* & de Pœnit. dist. 5. cap. Fratres, num. 30. c. 33. Ledesma. 4. 2. par. q. 8. art. 1. Couar. in cap. Alma mater. p. 1. §. 4. nu. 13. & videtur hæc sententia esse cõmunis. Hi omnes auctores sunt ea ratione permoti, quod quæuis cetera de Sacramenti præcepta cum lethali peccato implentur, rata tamen est & firma eorum obseruatio: ergo pari modo quamuis annuæ confessionis præceptum cum peccato obtemus, quia videlicet non confitemur omnia lethalia peccata, aut si confitemur omnia, absque debito animi dolore id facimus, præceptum tamen obseruamus, & Ecclesiæ satisfacimus, Ecclesia enim interiores actus non imperat. Itẽ quia nimis scrupulosum esset, tot peccatorum confessiones, vt inanes & irritas repetere, & iterare. Secunda opinio tradit, Titium eo, quo diximus modo, confidentem, Ecclesiæ præceptum nequaquam implere; ac proinde eodem anno iterum confiteri debere. Hæc est opinio maioris in 4. dist. 17. q. 9. Andriar. in 4. q. de *Confess. dub. 5.* Bonauen. in 4. dist. 17. 2. part. dist. art. 2. q. 3. Gabriel. *ibid. q. 1. art. 3. dub. 2.* Angel. *Confessio* 1. nu. 14. Rosel. *Confessio* 1. nu. 3. c. 4. Medina *tract. de Confess. q. 1.* qui id opinatur ob eam rationem, quod Ecclesia, cum annuam confessionem præcipit, eam fieri iubet, quam Christus instituit quoniam nil aliud præcipit, nisi frequentem Sacramenti diuinitus instituti vsus; at Confessio à Christo Domino instituta, debet esse omni peccatorum integra, & debito ac legitimo cum eorum dolore coniuncta, ergo talem confessionem Ecclesia imperat. Neque aliorum inquit, ratio conuincit, qui dicunt, Ecclesiam actus interiores non posse præcipere. Namque Ecclesia annuam confessionem indicens, nequaquam imperat nobis actus interiores; sed exteriores, confessionis nempe, & Eucharistiæ Sacrosanctiã vltimã adeo vtilem nobis atque salutarem. Cum autem confessio, vt est à Christo instituta, debeat esse integra omnium peccatorum, & cum debita eorum dem detestatione, hinc efficitur, vt qui talem non facit, Ecclesiæ legem nõ seruet: quia legis & præcepti substantiam non implet scienter. Dices, Titium sic confitentem, ius quidem diuinum violare; non tamen legem Ecclesiæ. Respondent, Titium ea in re duplicem mali deformitatem admittere, vnam, quia ius Diuinum ex parte peritum, dum non aut in integrum, aut, sine debito dolore, vel conscientie debita discussione confessionem peccatorum facit, & hoc peccatũ in committendo cõsistit: est enim sacrilegi crime, quo Titius indignè Sacramentum suscipit; alteram verò deformitatem in eo, quod annuam confessionem ab Ecclesia imperatã nõ facit vt debet, & hoc peccatũ in omittendo contrahitur: quoniam licet Titius confiteatur, eam tamen confessionem annuam omittit, quam Ecclesia præcipit. Cum verò illis obijciatur: Cetera Sacramentorum

præcepta

præcepta re ipsa feruantur, quamuis cum lethali peccato impleantur, ergo idem iuris est de præcepto annuæ confessionis faciendæ. Respondent, diuersam esse rationem de annua confessione, atq; de cæteris: quippe annua confessio consistit in hoc vt omnia peccata confiteamur, & cum legitima eorum detestatione: at verò substantia aliorum Sacramentorum talia minimè requirit & postulat; & ideo eorū præcepta, etiam si peccando impleamus; re ipsa tamè seruamus. Cæterum quicquid isti dicant, mihi magis probatur prima sententia S. Thomæ, & aliorum, quos supra memorauimus. Et substantia huius præcepti in eo consistit, ne dedita opera, siue scienter aliqua peccata omitamus, aut per negligentiam, siue ignorantiam affectatam: ne item scienter, aut ex ignorantia affectata debitam conscientiam discussione, aut contritionem cordis missam faciamus. Sic enim benignius & mitius huiusmodi præceptū interpretantur primæ opinionis auctores: & merito, ne poenitentes, & suorum peccatorum confessionem facientes crebris scrupulis grauitè diuexentur.

Quartò queritur, An si Titius proprio Sacerdoti confiteatur, & culpa sua à peccatis non absoluitur, annuæ confessionis legi satisfaciatur; veluti si publicus vsurarius, aut meretrix ad confitendum accedat. Sunt qui id asserant ex eo quod habetur in c. *Quod quidam, de Pœnit. & remiss.* ubi Pontifex rogatus, respòdet, eorum, qui quamuis confiteri velint, si tamen à peccatis abstinere nõ possent dicant, confessionem esse recipiendam. *Quia tamen, si inquit ille, non est vera huiusmodi poenitentia, admittenda tamen est eorum confessio, & crebris ac salutaribus moribus poenitentia indicenda.* Ita videntur sentire Richardus in 4. dist. 17. ar. 2. q. 8. ad 5. Can. de Pœnit. par. 5. Victo. in Sum. de Confess. nu. 150. alijs 163. Verum mihi magis placet, quod alij censent, quos dixi poenitentes, annuæ confessionis præcepto nequaquam satisfacere: nõ quia à peccatis illi nõ absoluantur, sed quia sua culpa nõ absoluantur. Nam quamuis Ecclesia solum præcipiat, vt semel quolibet anno confiteamur; nõ tamen præcipit, vt absoluantur, ac proinde satis est, si culpa nostra absolutionem non impediamus: vt enim constat ex c. *Omnis vniuersus, de Pœnit. & remiss.* licitum est ab Eucharistia in Pœchate abstinere, ex proprij Sacerdotis consilio, ergo verè quis annuæ confessionis præceptū implet, etiam si à peccatis minimè absoluitur, quado absolutio in aliud tempus Sacerdotis consilio, ab lq; poenitentis culpa differtur: At tamen qui suo vitio à peccatis nõ absoluitur; aut quia sunt publici peccatores, aut quia asserunt se de peccatis non dolere, aut non posse se à peccando in posterum abstinere, annuæ confessionis præceptū minimè seruant. Sic Duran. in 4. dist. 17. q. 1. ad 2. Palu. ibidè q. 7. in quinto modo ad 2. Sylu. Confessio 1. q. 22. Antonin. 3. p. tit. 14. c. 19. §. 2. Tabienf. Confessio 2. nu. 42. Sor. 4. dist. 18. q. 3. ar. 3. consil. 2. Pontifex verò in eo cap. *Quod quidam*, solum significat hosce poenitentes ad confessionem esse admittèdos, videlicet, vt dirigantur, corripiantur, & moneantur salutaribus documentis & consilijs; quo fiet, vt paulatim illi, Deo adiuvante, ad cõfitemdum idoneè atque legitime præparentur.

Quintò queritur, An qui semel est in anno confessus, si denuo in eodem anno lethale peccatum

admittat, confiteri eo anno iterū debeat? Respondeo, minimè, satis est, si illud peccatum anno proxime sequenti cõfiteatur, iam enim antea ille Ecclesiæ præceptum seruauerat, cum annuam fecit peccatorum confessionem, nec ampliùs quàm semel in anno confiteri quis Ecclesiæ lege compellitur. *QVAERES*, an qui semel in anno confiteatur, & statim post confessionem meminit se certum peccatum fecisse, quod bona fide per obliuionem inter confitendum prætermisit, debeat eo anno id, quamprimum commodè poterit, confiteri? Respondeo, minimè, & tuta conscientia potest eius peccati confessionem in annum proximè sequentem rejicere & prorogare, quoniam integram omnium peccatorum, quorū tunc meminerat, confessionem fecit, & idcirco Ecclesiæ de annua confessione præceptum impleuit. Sylu. Confessio 1. q. 2. casu 5. Sor. 4. dist. 18. q. 1. ar. 4. Nauar. in Manual. ca. 2. nu. 10. Ledesm. in 4. 2. par. q. 5. art. 5. d. 2.

Sextò queritur, An pueri lege annuæ confessionis teneantur? Respondeo, eos teneri statim atq; sunt rationis compotes. Hoc enim præcepto Ecclesiæ planè statuitur: *Omnis fidelis, siue vir, siue femina, cum ad annos discretionis peruenerit, sua peccata confiteatur.* *Obijcies*, pueros legibus humanis minimè alligari, vt insinuat c. 1. de Delictis puero. Respondeo, pueros dū sunt rationis impotes, legibus humanis adstringi non posse, compotes verò rationis posse, cū sint boni atque, ac mali capaces. Prædicto autem cap. 1. de Delictis puero. solum dicitur, pueros quamuis rationis compotes, si contra leges & iura delinquant, poena legis solita & usitata non esse puniendos, sed arbitrio Iudicis, quapropter pueri cū rationis vsum attingunt, lege annuæ confessionis tenentur: verum si eam neglexerint, puniendi à Iudice non sunt poena constituta in c. *Omnis vniuersus, de Pœnit. & remiss.* Neq; enim sunt, vt ibi dicitur, ab ingressu in eadem sacram prohibèdi, nec Ecclesiastica sepultura priuandi, nec excommunicatione ferièdi, nisi cū agunt duodecimum, aut quartum decimum ætatis annum, vt aiunt Sorus 4. dist. 18. q. 1. a. 3. Cordub. in Sum. Casuum, q. 60. Cæterum falsum mihi omnino videtur, quod eo loco tradit Sorus; ait enim: Ecclesia suis præceptis & censuris non vult pueros ante duodecimum, vel quartum decimum annū cogere, sed relinquit eos in iure diuino. Hoc Cordubensis, loco citato merito confutat. Nam est expressè cõtra verba Canonis, cum ad annos discretionis peruenerit. Est contra morem in Ecclesia receptū: pueri enim ante duodecimum annū confiteri solent, & rem diuinā, in diebus Dominicis, & festis audire: & si beneficiū Ecclesiasticū habent, coguntur diuini officij preces Horarias recitare, & in ieiuniorū diebus à carnibus abstinere: & si scienter ex ira Clericos percutiunt, ab excommunicatione absoluntur, ergo legibus Ecclesiasticis tenentur, vt capite proximè sequenti iterū dicam. c. *Pueri, de sent. excom.* dicitur: *Pueri, qui in Canonem inciderunt sententia promulgata siue ante, siue post pubertatem.* Glossa ibi ait, intelligere pueros dolè capaces. *QVAERES*, quando pueri censentur rationis compotes? Respondeo, in ætate, in qua cognoscunt se grauitè peccare: in qua discernunt bonum à malo, honestum à turpi: nam tunc quando lethaler delinquant, incipiunt hoc Sacramèto tanquā remedio post Baptismum

indigere, in quibusdam pueris citius, in alijs tardius incipit rationis vfus; in plerisque contingit ad finem feptemij, vel ad octauum ætatis annum. Sic Gloffa in cap. *Omnis vtriusq;* de Pœni. Rich. 4. dist. 17. nu. 2. q. 4. ad 6. Gabr. q. 1. ar. 2. Sot. 4. dist. 18. q. 1. art. 3. Nauar. in Man. c. 21. nu. 88. At Anton. 2. par. tit. 9. c. 8. f. 2. dicit, masculos pueros hoc præcepto teneri, quâdo habent ætatis annos decem, & dimidium, & aliquantulum vltra: puellas verò, quando habent ætatis annos vndecim, & dimidium, & aliquantulum vltra: quod probat testimonio Ancharani, & quorundam aliorum dicentium, tunc obligari hac lege pueros, cum sunt futuræ pubertati magis propinqui & vicini, quâ infantia præterita. Sed prima opinio communis est verior.

Septimò quæritur, An qui semel in anno confitentur Relegiosis Mendicantibus, quibus est Pontificium priuilegium concessum, vt annuam poenitentium confessionem, si velint, excipiant, Ecclesiæ præcepto, & Canonibus, *omnis vtriusque sexus* satisfaciant? Hanc quæstionem supra diluimus, cum de Priuilegijs fratrum Mendicantiũ tractauerimus, vbi in vtriusq; partem argumētis productis breuiter ostendimus eos satisfacere, id Pontificia Constitutione Leonis X. declarante, eos scilicet poenitentium Ecclesiæ præceptum ac legem de sacra semel in anno confessione faciendâ seruare.

Octauò quæritur, An præceptum annuæ confessionis sit iuris diuini, an verò solum Canonici? Quidam asserunt esse iuris diuini; alioqui enim si solum esset Canonici iuris, interna mentis peccata confiteri minimè oporteret, cū ea iuri & potestati Ecclesiæ minimè sint subiecta. Item qui lethalibus tantummodo internis peccatis teneretur obstrictus, ea confiteri lege, ac iure minimè cogetur, cum Ecclesiæ actus mentis interiores præcipere non possit. Adrian. in 4. q. 1. de Confess. f. *Alij probant confessionem*, quamuis censere videatur, annuâ confessionem absolute & simpliciter esse iuris humani; at pariter quoq; concedit, penes Ecclesiã ius esse, & potestatem in mentis interna peccata. Verumenimverò cõmunis Theologorũ recepta sententia est, vt 10. l. lib. 5. ca. 10. q. 1. notatum à nobis est, Ecclesiã iurisdictione non habere per se simpliciter in interna mētis delicta, propterea quod actus interni sua natura, humanam cognitionem latent ac fugiunt. Quare dicendum est, annuâ confessionem vt annua est, hoc est, vt certo tẽpore sit, esse quidem iuris Canonici, cum solum tempore necessitatis, quale est mortis periculũ, confiteri diuino iure debeam: at verò quod quisq; fidelis quotannis confiteatur, Ecclesia imperauit. Cū autẽ illa iusserit, confessionem fieri quotannis, qualem Christus instituit, ideo confiteri debemus interna etiam peccata, quoniam integram peccatorum cõfessionem iure diuino facere nos oportet. Præterea, tamen etiam quis sola interna habeat peccata, ea semel in anno cõfiteri debet: nõ enim Ecclesia aliquem actũ mentis internum, sed frequentem cõfessionis à Christo Domino instituta vltimũ, quod exterius est virtutis officium, sua lege præcepit, & imperauit, vt cõfessionem, quã Christus Dominus fieri iussit ad reparandũ post baptismũ lapsum, semel faceremus quotannis. At per quoduis lethale peccatum siue externum, siue internum à gratia decidim: ac labimur. **QVAERES,**

an confessionem annuã Ecclesia imperauerit ob periculum obliuionis peccatorum? Sot. in 4. dist. 18. q. 1. a. 4. post concl. 6. affirmat, vt etiã Mai. 4. dist. 17. q. 2. Marfil. eod. lib. c. dist. q. 12. ar. 2. dub. 4. Medin. 1. r. 1. de Confess. q. 14. Sed alij probabilius negant, ea ducti ratione, quod nullo iure diuino cogimur cõfiteri nisi peccata, quæ debita & legitima adhibita diligentia in memoriam venerint. Ergo indixit annuam confessionem Ecclesia, quia voluit huius sacramenti frequentem esse vsum, ex quo videlicet manant in nos utilitates, & emolumenta quamplurima, & maxima. Syl. confessio 1. q. 2. casu 5. Caiet. in Sum. Confess. in conditione 13. Vltio. de Sacram. Confess. q. 121. alijs 131. Nau. in Man. c. 25. n. 35. Casus de Pœni. p. 5.

Nonò quæritur, An legem annuæ confessionis possit Ecclesia abrogare? Respondeo, Ecclesiasticam legem posse quidem ab Ecclesia ex parte, vel ex toto antiquari, & deleri, cū iusta & debita subest causa; ac proinde cum lex annuæ confessionis sit canonica, potest Ecclesia auctoritate, quæ etiam est sancta, tolli: At verò quoniam iuris est diuini, vt tempore necessitatis confiteamur, nequit Ecclesia cõfessionem in perpetuum abrogare. Sic enim alioqui ius diuinum tolleretur. Quare solum potest annuam confessionem Ecclesia abolere ad tempus, nisi iudicet certos aliquot annos: nihilominus vbi necessitas confessionis intra id temporis occurreret, quale esset probabile mortis periculum, confiteri quisque deberet. Hęc colliguntur ex S. Thoma in 4. dist. 17. q. 3. arti. 1. q. 5. Richard. eod. lib. c. dist. ar. 2. q. 7. Palud. q. 2. ar. Antonin. 3. par. tit. 14. cap. 19. f. 1. Soto in 4. dist. 18. q. 1. ar. 5.

Decimò quæritur, An auctoritate pontificia possit quis eximi à lege annuæ confessionis? Respondeo, posse eximi, iusta tamẽ & legitima causa. Nam Principis indulgentia potest quis humanis legibus solui. At verò quia iuris diuini est, vt quisque tempore necessitatis confiteatur, nemo potest ita in perpetuum (vt diximus in superiori quæstione) auctoritate Pontificis, à confessionis lege excipi, vt liber sit penitus à confessione peccatorum tempore necessitatis faciendâ.

Vndecimò quæritur, An lex annuæ confessionis ipsum Romanum Pontificem teneat? Respondeo Nauarrus de Pœni. dist. 5. circa primam partem Glossæ nu. 32. Si sequamur opinionem Theologorũ, dicentium Pontificem esse Concilio Generali superioriorem, dicendum est, Pontificem hac lege nõ teneri, cum ea sit à Concilio Lateranensi Generali sub Innocentio III. constituta. Si verò cum ijs sentiamus, qui Generale Concilium volunt esse Romano Pontifice superius, dicere oportet, hac eum lege teneri & adstringi. Sed ad rem nostram nihil facit sententiã diuersitas: quoniam tamen ex hypothesi daremus, cõcilium esse maioris auctoritatis, quàm sit Pontifex Romanus, quod verum non est, adhuc tamẽ Concilij legibus minimè teneretur, donec Concilium pontificia auctoritate ratum & firmum, ipse Summus Pontifex haberet. Quare simpliciter dicendum est, Romanum Pontificem Cõcilio Generali superioriorem esse, & hac lege minimè alligari, sic, vt ipse legis poenis subijciatur; ex quo tamen & bono subiectum esse. Hac enim ratione, cum de legibus in vniuersum tractaremus, diximus, Principẽ suis legibus teneri, iuxta illud: *Patere legem, quem tu ipse tuleris.*

Vltimò

Ultimò quæritur, An quis debeat lethalia peccata confiteri oblata opportunitate confessarij, si probabiliter credit futurū, vt intra annum copiam Confessarij habiturus non sit? Communis videtur esse sententia, debere eū id facere. Richa. in 4. dist. 17. q. 3. g. 6. Anton. 3. p. ii. 14. c. 19. §. 3. Gabriel. 4. dist. 17. q. 1. art. 3. dub. 1. Mai. ibid. q. 2. Nauar. in Man. c. 2. nu. 10. Syluett. Confessio. 1. q. 2. Medin. de Confess. q. 14.

Cap. XLI.

DE QUINTO ECCLESIAE
PRAECEPTO, ID EST,De sacro Domini Corpore in Paschate
sumendo.

PRIMO quæritur, An Canonico iure in Paschate Eucharistiae Sacramentum Christiani fideles suscipere debeant? Respondeo, in ea. Omnis quilibet de Pœnis. & remiss. sic esse sancitum: vt singuli Christiani fideles suscipiant in Paschate Eucharistiam, nisi proprij Sacerdotis consilio ob aliquam rationabilem causam, ad tempus, ab eius modi perceptione duxerint abstinendum. Alioquin viuui ab ingressu & aditu Ecclesiae arceantur; & mortui, Christiana careat sepultura. Hæc ibi Teles. Tho. 3. p. q. 80. a. 10. ad 5. semper à principio Ecclesie nascens fuit Ecclesiasticum præceptum, vt fideles Christiani Eucharistiā susciperent. Olim primis illis Ecclesie temporibus, singuli quotidie sacrum Christi corpus suscipiebant; vt testari videtur Anacletus Episc. 1. & refertur c. Episc. de Consecr. dist. 1. postea verò Fabianus, vt habetur in cap. Episc. non frequenter, de Consecr. dist. 2. præcepit, vt singuli saltē sacram cōmunionem acciperent, ter in anno, videlicet, in Natali Domini, in Paschate, & Pentecoste. Soter in c. In Cena Domini, de Consecr. dist. 2. videtur statuisse, vt singuli Corpus Domini susciperent in die Cœnæ Dominicæ.

Secundò quæritur, Quid nomine Paschatis ius Canonium intelligat? Respondeo: Ante declarationem huiusmodi iuris factam ab Eugenio. 4. dubitabant Doctores, an præcisè solus dies Dominicæ Resurrectionis; an verò cum duobus proximè sequentibus, nomine Paschatis accipi deberet. Vnde Panormitanus in c. Omnis vtriusq; de Pœnis. & remiss. dicit, nomine diei Paschatis significari ipsam diem Dominicæ Resurrectionis cū duobus diebus proximè sequentibus. Quæstio. inquit, qui in die sancto Dominicæ Cœnæ cōmunicaret, præcepto satis faceret ob consuetudine receptā, quæ sic præceptū interpretatur, ut Eugenio Quartus declarauit contineri & ipsam diē Paschatis, & quædam dies, qui ipsam proximè præcedunt, ac sequuntur, qui ipsam consequuntur. Ita referunt Maior in 4. dist. 17. q. 2. Sylu. in verb. Eucharistia. 3. Cai. in Sum. Communio; Tabien. verb. Communicare nu. 7. & Nauar. in Manuali cap. 21. nu. 45. Ledesma in 4. q. 14. art. 3.

Tertiò quæritur, An qui sunt excōmunicationis vinculo obstricti, aut interdicto subiecti, excusentur ab huiusmodi præcepto? Respondeo cum Nauarro in Man. ca. 21. nu. 45. eos ab hac lege excusari, nisi per ipsos steterit, quo minus ab excōmunicatione & interdicto absoluantur. At quādo ita sunt impediti, vt absolui nequeat, excusantur. QVÆRITUR, an idem iuris sit de eo, qui est poena siue vinculo suspensionis obstrictus. Respondeo, vniuer-

sim non esse idem iuris, de suspensis, quod de excōmunicatis & interdictis: nam hi generatim à Sacramentis prohibentur, illi verò non item: Si tamen suspensi arceantur vel speciatim ab Ecclesia, vel generatim à Sacramētis, aut à sacra Cōmunionē, tunc idē iuris est de vtriusq; Naua. loco citato.

Quartò quæritur, An hoc præceptum implere intelligatur is, qui quolibet quadragenarij ieiunij die, quod proximè ante Pascha seruat, suscipit Eucharistiae diuinū epulū? Respondet Nauar. in Man. c. 21. n. 45. non implere, nisi aliud fuerit vsu & cōsuetudine legitima & præscripta receptum, aut nisi Pontificio Priuilegio id fuerit cōcessum. in quibusdā diocesis dicitur esse vsu præscripto legitime receptū, vt præcepto satisfaciāt, qui in diebus Quadragesimæ id seruāt. Laurētius Episcopus Prænestinus Cardinalis quatuor Coronatorū testatur, Clementē VII. declarasse, vt in quolibet die Quadragesimæ possint fideles in Hispaniæ partibus sacrum Christi corpus sumere, vt Ecclesie præcepto satisfaciāt. Declarationē hanc habet Cōpendiū priuilegorū fratrum Minorū & aliorū Medicantiū & nō Medicantiū impressū Neapoli Auditorib. seu collectorib. Alphōso Casarubio, & Hieronymo à Sorbo instituti Capuccinorum.

Quintò quæritur, An qui in Paschate Eucharistiā non susceperit, iure ipso debeat cāstatim post Pascha percipere? Dux sunt opinionēs, vna docet Eucharistiæ perceptionē tuta cōscientiā ad alterum vsq; anni proximè consequentis Pascha posse differri. Ita S. Anton. p. 2. tit. 9. c. 9. §. 53. Sylu. Eucharistia 3. q. 15. disto 3. Tabien. in verb. Communicare nu. 10. Armi. Cōmuniō nu. 6. Medi. tract. de Pœnit. questione de Confessione semel in anno faciendo. Alter Medi. in Instruēt. Confessio. lib. 1. c. 14. nu. 42. Sor. in 4. dist. 18. q. 1. a. 4. & Victor. in Sum. nu. 148. & Ledesma in 4. p. 2. q. 2. art. 5. dub. 2. qui quidē eo argumento mouetur, quod qui rem diuinam certo die audire, aut ieiunium seruare, aut diuinas preces recitare lege compellitur, eo die elapso est lege solutus ac liber. Altera est opinio, eum hominem post Pascha Eucharistiā sumere oportere, quandoquocumq; cōmodè potest. Hęc opinio placuit Nauar. in Manuali, c. 21. nu. 45. Mai. in 4. dist. 17. q. 2. §. Contra reciduum, ad finem, Palud. in 4. dist. 12. q. 1. a. 5. concl. 1. etiam placet mihi. Idem enim iuris est de huiusmodi præcepto, quod de confessione annua peccatorum faciendā: nos verò supra docuimus, qui semel annuam confessionem omitteret, post annum illum exactum, confiteri peccata debere, cum primū dabitur occasio. Vtrunq; enim præceptum, quamuis præcisè per solam affirmationem datum esse videatur, id tamen tacitam continet negationem; ne videlicet ultra annum peccatorum confessionem, & ne ultra Pascha sacram Eucharistiæ communionem differamus. Cuiusmodi præcepta fuisse olim data nouimus, videlicet, vt Catechumeni in Paschate & Pentecoste baptisma susciperent: id est, ne ultra protraherent, & Iudeis fuit olim mandatum, vt primo mense anni Pascha colerent, hoc est ne ultra differrent; quod si primo mense impediti non celebrassent, id secundo mense fecissent. Palu. 4. dist. 17. q. 2. art. 5. in secundo casu, & d. 12. q. 1. ar. 5. concl. 1. Deinde ex c. cum Dilecti de Dolo & Contumacia, & l. cessus, §. sed ipse ff. de Receptis arbitris, colligitur, in hoc præcepto, vt Calendis Ianuarij Titius se in iudicio

sistat, & in hoc item, vt idibus Augusti certam pecuniam soluat, duo præcepta contineri, vnum, vt ad diem præstitum se sistat, ac soluat, alterum, vt nisi id præstitum debeat statim atque commodè poterit, mandatum implere. Pari ratione, cum iubemur in Paschate corpus dominicum percipere, duo mandata accipimus, vnum, vt eo tempore faciamus; alterum, vt nisi eo die faciamus, id præste mus prima opportunitate nobis oblata.

Sextò queritur, An idè præceptum de quo loquimur, in propria Parochia secundum commune ius implere debeam, ita vt à proprio Parocho Eucharistiam accipiamus. Respondeo, in prædicto cap. *Omnis viri* §. *sexus*, esse decretum, vt quisq; à proprio Sacerdote Corpus Dominicum in Paschate percipiat. Cum igitur sit ad proprium Sacerdotem ad eundem, eo ipso ad propriam Parochiam accedere oportet: quare, aut à Parocho sumenda est Eucharistia, aut ipsi, vel proprij Episcopi, aut Superioris consensus ab alio Sacerdote. Nauar. in *Manu*. cap. 21. nu. 52. & Cardin. Clem. 1. de *Privil.* q. 11.

Septimò queritur, Quo pacto priuilegiu pontificiu intelligatur Religiosis Mendicantibus concessum, scilicet, vt abque vlla alia facultate Eucharistia Sacramentum ministrare queant omni tempore, dempto die Dominice Resurrectionis omnibus qui ad ipsos accesserint? Respondeo, tale Priuilegium primò quidem Mendicantibus datum esse à Nicolao V. confirmatum verò à Sixto III. & tandem à Leone X. vt habetur in *Compendio priuilegiorum fratrum Minorum & aliorum Mendicantium & non Mendicantium auctore Alphonso Casarubio*, & Hieronymo Sorbo in *verb. Communicare*. §. 4. 5. & 9. Est autem id Priuilegium à Summo Pontifice collatum, quia in Clem. 1. de *Privil.* erat interdictum, ne Religiosi Clerici, aut Laici Sacramentum Extreme Vnctionis, vel Eucharistia ministrare absque Parochialis Presbyteri licentia speciali audeant: alioqui ipso facto in excommunicationem inciderent contrarium facientes à Summo Pontifice duntaxat absoluenti: Quare illud priuilegium, iure Clementinarum abrogatò, concedit Mendicantibus, vti Eucharistiam ministrantur Clericis, tñ Laicis, etiam sine Parochi, aut proprij Episcopi consensu. Hoc autem Priuilegium Pontificis Nicolai V. Et Sixti III. locum habebat solum in Confessarijs legitime deputatis ad audiendas secularium confessiones, vt possent omnibus, quorum confessiones audierint sacrum Domini corpus conferre: Sed Leo X. concessit: vt quamuis audire confessiones secularium nò possint, nisi legitime ad id deputati; possint tamen quilibet Religionis Sacerdos Eucharistia Sacramentum ministrare omni tempore, præterquam in die festo Dominice Resurrectionis. Illud autem nò caret dubitatione, quidnam Priuilegium sibi velit in his verbis: *Quocumq; tempore, excepto die Paschatis, sine Dominice Resurrectionis*. Vbi nempe duo, vel tria dubitantur; primùm, An nomine diei Paschatis intelligatur totum illud tempus, quod diximus continere octo dies proxime præcedentes, ac totidem sequentes sacrum diem Paschatis. An verò præcisè solus dies Paschæ? Alterum, quod dubitatur, illud est, An generatim dicta exceptio sit intelligenda? Videlicet, Num excipiantur ij, qui nòdum in suis Parochijs Ecclesie præceptu impleuerint; An verò generaliter exci-

piantur oēs, siue illud impleuerint, siue nò impleuerint. Nauar. in *Manu*. c. 21. nu. 52. vtriq; dubitationi respondet, & de prima quidè ait, excipi ijs verbis ià tumodo ipsum diem festum Dominice Resurrectionis, & non totum tempus eam continens hebdomadam, quæ proximè Pascha præcedit, & simul eam, quæ illà statim consequitur. *Quæ nia est* (inquit ille) Nicolaus V. his verbis exceptionè expresserit, atq; (præterquam in festo Pasche Resurrectionis Dominice) & nomine festi, celebrati à Pascha Dominice Resurrectionis intellexit. Videatur autem Sixtus IV. & Leo X. in suis Constitutionibus, hæc habent (Præterquam in die Resurrectionis Dominice) quibus verbis non ipsa Pascha celebratur, sed præter dies Resurrectionis accipitur. De secunda dubitatione ait Nauar. quæ sequi videtur Sarmensis de *Vjris*. lib. 2. c. 63. nu. 30. generaliter ijs verbis excipi tum eos, qui in proprijs Parochijs præceptu nòdum impleuerint, tum eos qui impleuerint: videlicet, exceptio (inquit ille) generaliter habet: (Præterquam in die Dominice Resurrectionis) quibusdã tamen visum est, excipi duntaxat eos, qui in proprijs Parochijs nòdum Ecclesie legi, & suis Recloribus satisfecerint, iuxta horum sententiam, Pontifex hoc Priuilegium videtur excipere ipsum diem Dominice Resurrectionis, ad comprehendendos eos, qui ad huc eo die sua Parochia, & Reclori satisfecere iure debent, vt sic Pastor, iuxta consilium sapientis, sua omni vultu agnoscat. Quare ijs, inquit, qui iam suu Reclorè adierint, Ecclesie præceptu impleuerint, videtur relinqui, vt vbi voluerint, in die Paschatis ad diuinum messiam accedant, & sacrum Christi corpus percipiant. Ego probabiliorè & veriorè existimo Nauarri sententiam, videlicet generatim excipi omnes, tum eos, qui sponte sua pio voluntatis affectu, tum etiã eos, qui Ecclesie sua ipse præceptu necessitate in die Resurrectionis Dominice sacrosanctum Domini corpus sumere student, ita vt in eo die Corpus Domini sine consensu Parochi accipere iure nequeant, ita etiã, qui alioqui in sua Parochia sacra Communione acciperent. Nam priuilegia quædã iuri communi derogant, stringi, non laxari debent. Vnde Declaratio in *Compendio priuilegiorum Societatis in verbo Eucharistia*. §. 2. Sic habet. *Quia in Societatis Constitutionibus* p. 7. c. 4. D. exponatur festum Pasche iuxta communem consuetudinem, intelligi eam hebdomadam quæ ipsum diem Resurrectionis præcedit, & simul eam, quæ subsequitur, excipi verò eos, quos in ipsum diem Resurrectionis suis Parochijs satisfecerint, per priuilegia tamen Minorum restringi potest prædicta expositio ad ipsum diem Resurrectionis: ut enim solus dies excipitur est Minoribus de obsequiis, per Nicolaum V. & Sixtum III. iuxta id quod in §. sequenti dicitur, in quo habetur sic. *Possunt nostri Sacerdotes ministrare Sacramentum Eucharistia omni tempore, præterquam in die Resurrectionis Domini, immo etiam dicto die licet si tunc non nisi accedente Parochi, aut Diocesani licentia.*

Octauò queritur, An qui in aliena Parochia Paschatis tempore commoratur à sua procul absens, iure in ea, vbi moratur, sacra Eucharistiam accipiat? Respondeo, dubitari non posse, quin id liceat facere peregrinis, viatoribus, & ijs, qui extra Parochiam suam ad certum tempus vel domicilium habent, vel commorantur: eos verò, qui in ipso tempore Paschatis in aliena Parochia degentes, ad suam accedere commodè nequeunt, Eugenius III. declarauit iure posse in Parochia in qua degunt, sanctissimum Christi Corpus accipere. Caiet. in *Sum. Verb. Absolutio*, Sotus in 4. dist. 18. q. 4. ar. 2. Nauar. in *cap. Placuit*, de *Pœnit. dist. 6. num. 27.*

Nono queritur, An si Parochus quibusdam sibi subiectis liberum relinquat, vt à quibus maluerint sacram Communionem percipiãt in die Dominicæ Resurrectionis; tunc à Medicatibus illam accipiant? Respondeo, tuto eam accipere: quia Parochus generaliter liberam eis potestatem facit, ita vt nullum excludat: quamuis Mendicantes peculiariter quodam iure Clementine iam ante producta, huiusmodi Sacramentum conferre prohibeantur. Nec obstat, qd in Clem. prædicta dicitur, sine Parochialis Presbyteri speciali licentia. Quia, vt Glof. sa ibi ait, requiritur specialis licentia, quod attinet ad Sacramenta que ibi Religiosi prohibentur conferre, videlicet, Eucharistia, Extrema Vnctionis, & Matrimonij: hoc est, requiritur, vt exprimitur Sacramentum ad quod suscipiendum Parochus licentiam dat: non autem requiritur specialis nominatio, vel Parochianorum, quibus datur licentia, vel Religiosi cui datur facultas vt possit conferre: satis est si Parochus suis Parochianis concedat, vt eo die Dominicæ Resurrectionis Eucharistiam sumant à quibus maluerint.

Decimo queritur, Quando quis incipiat lege sacre Communionis in Paschate suscipienda obligari? Respondeo, omnes in hoc conuenire, legem Ecclesiasticam generatim loqui de confessione facienda quotannis, & de Eucharistia in Paschate suscipienda, & obligare omnes, cum ad annos discretionis peruenierint. S. Thomas 3. part. quest. 50. art. 9. ad 6. & 4. dist. 9. quest. 1. art. 5. ad 4. q. 4. Alexand. 3. part. quest. 11. memb. 2. art. 3. §. 1. dub. 6. Antonin. 2. part. tit. 9. cap. 9. §. 1. Palud. in 4. dist. 12. quest. 1. art. 5. conclus. 1. Syluest. Eucharistia. 3. questio. 5. disto 7. Tabien. Communicare num. 6. Sotus in 4. dist. 12. quest. 1. artic. 9. ad finem. Caiet. in Summa in verbo, Communitio, Armilla in eod. verbo, num. 3. Sed consuetudo in Populo Christiano recepta, legem interpretatur, vt prius pueri incipiant alligari lege de annua confessione faciendâ, quam lege de Eucharistia in Paschate suscipienda. R O G A B I T S, quado nam paruuli rationis vsum consecuti, cogendi sint, in Paschate sacrum Christi corpus accipere? An, scilicet statim vt doli capaces sunt, hoc præcepto teneantur, an verò potius cum annis pubertatis attingerint, vel exegerint? Item, An, sicut confiteri peccata debent, cum primum sunt doli capaces, ita etiam cogatur Eucharistiam suscipere, statim atque lege annuæ confessionis obligantur? Glof. sa in cap. Omnis vtriusque sexus, de Pœnit. & remiss. videtur docere, pueros, cum sunt doli capaces, videlicet cum ad septennium peruenierint, teneri lege annuæ confessionis, & Eucharistia in Paschate suscipienda. Sic declarat Palud. in 4. dist. 12. q. 1. art. 5. conclus. 1. & probat, quia lex in cap. Omnis, de Pœnit. generatim de vtroque præcepto loquitur, & dicit omnes obligari, cum ad annos discretionis peruenierint; at ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. Certe hoc est contra morem in Ecclesia receptum: nec enim omnes pueri, qui confitentur semel ad annum, in Paschate Eucharistiam suscipiunt. Sotus loco citato ait, pueros incipere hoc præcepto obligari à decimo vsque ad duodecimum ætatis annum & dist. 18. q. 1. art. 3. ait, Ecclesiam pueros non cogere ante duodecimum ætatis annum præcepto confessionis annuæ, quo tempore incipiunt homines obligari legibus a-

lijs & censuris Ecclesiasticis. Sed profecto hoc est cõtra communem sententiam Theologorum, Primò quia S. Thomas, Syluester, Tabienfis, Paludanus, Caietanus locis præallegatis, pueros aiunt his præceptis obligari ante duodecimum ætatis annum. Secundò, quia falsum est omnino pueros incipere teneri legibus Ecclesiasticis duodecimo ætatis anno. Nam lege annuæ confessionis alligantur quamprimum sunt doli capaces. Item cibus prohibitis, videlicet carnibus in diebus ieiuniorum abstinere coguntur, etiam ante eum ætatis annum. Tertio, ieiunium agere præcepto Ecclesie nõ coguntur statim, vt duodecimo ætatis annum attingunt: Lege item audiendi rem diuinâ diebus Dominicis & festis tenentur ante duodecimum annum ætatis. Et vt tradit Syluest. homicidium 3. questio. 1. §. 5. & questio. 2. §. 3. puer, qui est doli capax si occidat aliquem, irregularitatem contrahit. Clem. furiosus, de homici. Si scienter & ex ira Clericum percutiat, incidit in excommunicationem Canonis in cap. Si quis suadente. 17. questio. 4. Præterea interdicto populo sacris, interdicti sũt pueri, si sunt doli capaces, teste eodem Syluestro in eod. dist. 2. q. 17. Et hæc omnia habet communis opinio. Pugnât igitur Sotus in hac re cum communi sententia, præsertim cum in ca. Pueris, de sent. excommu. expressè habeatur, pueros sue ante, siue post pubertatem in sententiâ Canonis incurrere: & ibi Glof. ait, intelligi pueros doli capaces. Dicendum existimo, pueros cum primò perueniunt ad annũ decimũ vel vndecimũ, si rationis competes fuerint, huiusmodi præcepto obligari. Sic S. Thom. Syluester, Tabienfis prædictis in locis. Porro in hisce pueris nõ solum consideranda est ætas, sed etiam consuetudo, quæ est optima legum interpret: nõ enim solent pueri sacram Communionem suscipere, nisi parentum & cõsanguineorum iudicio, vt Caietanus & Armilla à nobis supra citati tradiderunt. Considerandum itidem est rationis iudicium, quo sacrum Eucharistie cibum à communi & profano discernat, & quò tam admirabilis Sacramenti idoneam cognitionem & gustum habeant, vt sic iusta & debita animi veneratione & cultu ad tantum diuinæ communionis Sacramentum accedant, & illud piè, ac religiosè suscipiant. In quo tamen vitanda est aliorum offensio, ne admodum paruulis, quamuis aliqui iudicio pollentibus, publicè conferatur.

Vndecimo queritur, Au aliqui sapius quam in tempore Paschatis, diuinum Eucharistiaenam sumere, iure communi, debeant? Respondeo, in Clem. Ne in agro de Statu Monacho. §. Sane, sic esse cõstitutum: Vt Monachi in prima Dominica cuiuslibet mensis in Monasterijs semper cõmunicent; nisi ex causa fortè, quam Abbati, Priori, aut Pœnitentiarijs Monasteriorum non differant intimare, eorumque iudicio vel abstineant, vel accedant. Hæc ibi. Et in Concil. Trid. sess. 25. de Regularib. & Monialib. cap. 10. habetur: Attendant diligenter Episcopi, & ceteri Superiores Monasteriorum Sanctimonialium, vt in Constitucionibus earum admoventur sanctimonialiales, vt saltem semel singulis mensibus confessionem peccatorum faciant; & sacrosanctam Eucharistiam suscipiant; vt eo se saluari presidio maniant ad omnes oppugnationes fortiter superandas. Nauar. in Manua. cap. 21. num. 59. Tabien. Communitio, num. 14. Armilla eod. verbo, num. 16.

Duodecimò quæritur, An qui in die Paschatis Eucharistiæ Sacramentum accipit indignè, videlicet, aut sua peccata non legitime confessus, aut alio quolibet modo lethalis peccati conscius, Ecclesiæ præceptum impleat? Respondeo, eum implere; is enim licet ius diuinum frangat, ac violenter malè ad Sacramentum accedendo, legis tamè Ecclesiasticæ substantiam seruat. Nimirum Ecclesia nihil aliud sua lege sanxit, nisi vt in Paschate ad sacra Eucharistiæ misteria accedentes, eius participes efficiamur. **ROGABIS**, an idem sit iudicium de eo, qui excommunicatione, vel interdicto adstrictus ad hoc Sacramentum accedit? Respondeo, eum quidem peccare, ac non solum contra ius diuinum; sed etiam contra ius Canonicum siue Ecclesiasticum facere. Ius enim diuinum prohibet, ne malè quis accedat; & ius Canonicum in vniuersum excommunicatos & interdictos à Sacramentis excludit, ac prohibet: attamen ab eo susceptum indignè Sacramentum, est plere videtur. Lex enim Ecclesiastica, qua excommunicati à Sacramentis arcètur, ipsum accessum & aditum ad ea cum peccato, cõdemnat quidem, ac factum non semper irritum reddit, vt suo loco fuissus explicabo. Sciendum est, Durandum in 2. dist. in 28. q. 4. Capreolum in 2. dist. 41. q. 1. art. 3. sentire, hoc præceptum impleri non posse sine gratia sanctificante: immo generatim aiunt, præcepta Sacramentorum supernaturalia seruari nequire sine gratia. Sed illi fortassis solum loquuntur de præcepto diuino, non Ecclesiastico. Solum itidem significant, eum, qui peccati lethalis conscius, suscipit Sacramentum, denuo sacrilegium committere; quia indignè Sacramentum accipit, eum verò, qui lethalis peccati reus, sed bona fide putans se legitimum peccati contritionem habere, ad Sacramentum accedit, implere quidem præceptum diuinum de suscipiendo Sacramentum, sed non sine gratia adoptionis comitante, quâuis sine gratia antecedente, nam per ipsum Sacramentum gratiam consequitur. Adrian. in 4. de Confess. questio. vltim. generatim docere videtur, nullum præceptum, siue diuinum, siue humanum, implere posse per opus malum. At communis est sententia Theologorum, hoc præceptum seruari, quamuis lethali ter peccet, qui indignè suscipit Eucharistiam. Sorus lib. 2. de Iustit. q. 3. art. 10. Couarruuias in ca. Alma mater de sentent. excommun. in 6. part. 1. §. 5. Cordub. in Sum. Casuum q. 15. Nam cætera præcepta implentur, tametsi ea quis peccando impleat; vt si quis rem diuinam audiat, ieiunium colat, Baptismum, vel Confirmat. Sacramentum suscipiat, votum, vel iusiurandum seruet.

Vltimò quæritur, An si quis præuideat futurum, vt intra illos quindecim Paschales dies, Eucharistiam accipere non possit, debeat præuenire tempus, & ad sacram Communionem accedere? Respondeo, ad id faciendum præcepto non cogi: quia id nullus (quod sciam) hætenus dixit: nec id habet vsus Ecclesiæ: Nec is præuenire debet diem ieiunij; nec ante diem festum rem diuinam audire: nec hodie recitare Diuinum officium, quod die crastino recitare non poterit.

(.)

IOANNIS AZO-
RII LORCITANI, E SO-
CIIETATE IESV,
INSTITVTIO-
NUM MORALIVM,
LIBER VIII.
DE PRIMO PRAECEPTO
Decalogi.

CAPVT PRIMVM.

De ijs, quæ ad Fidem pertinent.

P

PRIMO quæritur, Quidam primum Decalogi præceptum complectatur? Respondeo, primo præcepto prohiberi, & damnari omnem Idolorum cultum, supersticiosas, & vanas obseruationes, omnem artis Magicæ diuinatoriæ vsum: Deinde, præcipi, quæ spectant ad Religionem, quæ virtus vni Deo vero cultum, honorem, & Venerationem iustam, ac debitam tribuit. Est enim Deus summo honore, cultu, & veneratione dignissimus. Imperat ergo, ne vllam prorsus rem creatam, quamuis excellentem pro Deo habeamus: vt soli vni Deo æterno, immenso, & omnipotenti singulari, & summum cultum, quem Græci *Latras* appellant, tribuamus, ipsi soli sacrificium offeramus, ipsum super omnia innocemus, vt Optimum, & Maximum, Creatorem, Redemptorem, Saluatorem, hoc est, omnis naturæ auctorem, gratiæ, & gloriæ largitorem.

Secundò quæritur, Quid aliud ad primum Decalogi præceptum reuocetur? Respondeo, ad hoc præceptum redigi, quæcumque pertinent ad tres virtutes, quas Theologorum schola Theologica vocat, Fidem nempe, Spem, & Charitatem: nam fide, & spe, & charitate Deum colimus, & veneramur: quia teste Augustino in Enchirid. cap. 2. *quæritur, quo colitur Deus: Respondeo, fide, spe, & charitate.* Non tractabo hoc in loco eas fidei quæstiones, quæ potius in cognitione, quam in actione sunt positæ: eas rejicio ad secundum Tomum: vbi ante omnia de numero, ordine, vi, & natura trium virtutum Theologicarum breuiter disputabo: in præsentia de ijs solum agam, quæ potius ad actionem spectant.

Tertiò quæritur, Quid fidei nomine accipiatur? Respondeo, in præsentia, fidei appellatione intelligi virtutem diuinitus infusam, qua illustratus homo certò, & firmiter assentitur, & adheret ijs, quæ vt credantur, sunt à Deo patefacta, & ab Ecclesia nobis proposita. Quare, fides non spectat ad naturæ ordinem, non innititur sensuum experientia, non potentia, sapientia, aut ratione humana, sed virtute, testimonio, & aucto-

ritate